168 † Sexto,dr̄ summaria,cā alimētorum, qa expe-

expedit de plano.& ēt die,feriata, vt eſt tex.
in l.ij.ff.de ferijs,& not.Alex.in add.ad Bar.
i l.ſi qs à liberis,§.ſi qs ex his,ff.de lib.agn.
& Bal.in l.ſi qs in ſuo,C.de inoff.teſt.vbi di
cit,ꝙ cā alimētoꝝ,eſt ſummaria,nō ſic in cā
legitimæ,qa nō eſt ſummaria non obſtāte,
ꝙ legitima ſuccedat loco alimētoꝝ,& Bal.i
l.nōnunq̃,in ij.lect.ff.de iud.& Bar.in l.j.§.fi.
in j.col.ff.de pt.ſtip.Quod tñ declara,&limi
ta ꝓcedere,qñ agitur de alimentis pñtibus
vel futuris,ſecus ſi de pteritis,qa tūc non eſt
ſummaria. Ita tenet Bal.in l.j.col.ij.ver.qro
nūquid in cā,&c. C.de fid. Item ſecus,ſi ali-
menta debeant ex ɔtractu,ſm Bal.in d.l.nō-
169 nunq̃. †Septimo,dr̄ ſummaria cā,q̄ agitur
cōtra cōfeſſum,quia eo ipſo,ꝙ debitor in iu
dicio cōfiretur.nō requirit ibi alius ordo iu
ris. Sed tm̄ fit ſibi pceptū,ꝙ ſoluat.ita tenet
Bal.in l.ſi debitori,in j.lect.ff.de iud. ꝓ hoc
eſt tex.cū ibi no.p Bar.& doct.in l.vnica,C.
170 de conf. †Octauo,dr̄ cā ſummaria,qñ agit
cōtra religioſos,maxime ꝑ viā inq̃ſitionis,
nā ibi nō requiritur ordo iudiciarius, ſed de
plano agit,tex.eſt in c. olim, & ibi Fran.de
171 Aret.in iiij.col.in vj.no.de acc.†Nono,dr̄
cā ſummaria, qñ monachus poſtulat ab ali-
quo plato ſeu abbate alicꝰ monaſterij, vel à
ſeipſo,ſm Car.in cl.diſpend.col.iiij. in iiij.
172 q.de iud. †Decimo,dr̄ ſummaria,cā matri
monialis,qa expeditur de plano,ſine ſtrepi-
tu,& figura iudicij,tex.eſt in d.cl.diſpend. &
ibi gl.& Bar.in xxiiij.q.cū tribus alijs ſeq. &
173 hr̄ ꝑ Abb.& doct.in c.Alb.de teſt. †Vnde
cimo,dr̄ cā ſummaria, qñ agitur de reſtōne
dotis,puta in caſu ſoluti matrimonij, nā ex
quo eſt cauſa,q̄ dependet ex matrimonio,dr̄
ſummaria,ſicut cā matrimonij,ſm Card. in
174 d.cl.diſpendioſam, in xxx.q. † Duodeci-
mo, dr̄ cauſa ſummaria, qñ agitur ad deci-
mas,vel quocunque oriatur dr̄ia ſuper deci-
mis,tex.eſt in d.cl.diſpendioſam,& ibi Car.
in xij.q. cum tribus ſeq. Idem eſt,qñ ageret
cōtra aduocatos,vel alios potentes,qui faue
rēt detentatoribus decimaꝝ,qa ſimiliter ꝓ-
ceditur ſummariæ contra eos,ſm Card. ibi.
175 in xvij.q. †Decimotertio,dr̄ ſummaria,cā
executiua,puta ſi ſumus in executione ſñiæ,
l.à diuo Pio,§.ſi ſuper rebus,& ibi per doct.
ff.de re iud.& Bart.in l.litibus,col.pen.C.de
agr.& cenſ.lib.xj.& Lanfran.in clem.ſæpe,
col.ij.in xiij.concl.de verb.ſig. quod tamen
intellige,&declara,ſm Bal.in l.ij.§.is videt,
in fin.col.ff.ſi quis ius dic. non obtemp.ſ.vt
procedat qñ contra executionem nulla op-
ponitur exceptio,nā ſi opponitur, tunc dat
inſtantia in cauſa executionis,&ſic nō habet
illam naturā ſummariam.Idē eſt in executi
uis inſtroꝝ, vt qñ eſt factum pactum de in-
grediendo ꝓpria auctoritate, iuxta formā l.
creditores,C. de pig.nā tunc illud iudicium
ſummarię expeditur,ſm Bar.in d.l.credito-
176 res col.vj. in fi.verſ.aduerte tñ &c. †Et ex
hoc infero idem eſſe,qñ præſentatur inſtr̄m
ſm formam ritus magnæ curię in regno,nā
talis cā dr̄ ſummaria, ex quo eſt executiua,
& in ea nullus obſeruatur ordo iuris,ſed ſta
tim deuenit ad capturam pſonę,vt dictat il-
le ritus,q̃ incipit.Itē,ſi qui debitores,&c. &
talis cā appellatur extraordinaria ꝓpea, qa
177 fit extra ordinem iuris. †Decimoquarto,
dr̄ ſummaria oīs cauſa,quę agitur contra ab
ſentē,ita tenet Fel.in c.cām,quę el j.col.iiij.
ver.iiij.reſt.de teſt.alleg.no.ꝑ gl. Bar.& doc.
178 in l.j.C. quoꝝ app.non recip. †Decimo-
quinto,dr̄ cauſa ſummaria, qñ tertius venit
ꝑ ſuo intereſſe ad impediendā executionem
ſñiæ.Nam ſummarię examinatur de ſuo in
tereſſe,ante,quā admittatur, vt eſt tex. & ibi
Abb.in iiij.col.in fi.verſ.nūc reſtat &c. in c.
veniens el j.& ibi ēt Fel.in vj.col.de teſti. &
hr̄ per Bar.in l.à diuo Pio §.ſi ſuper rebus,ff.
de re iud.de qua materia tertij cōparentis,vi
de plenè ꝑ Bar. in l.ſi pluſorio,§.j.ff.de app.
& Abb. in c.cū ſuper de re iud.& in iſta ſum
maria cognitione ſufficerēt ſemiplenę ꝓba
tiones,non aūt per iur̄m,ſm Bar.in d.§.ſi ſu
per rebus in j.col.ex quo eſt modici piudicij
& grauamen eſt reparabile.Qñ aūt in ſum-
maria cognitione requirantur plenæ proba
tiones,& qñ ſemiplenæ,& qñ ſufficiat ſolū
iur̄m,vide Abb.in d.c.veniens in loco,vbi ſu
179 pra. †Vnum tamen ſcias, ꝙ in iſtis cauſis
ſummarijs,in q̄bus ſufficit ſemiplena ꝓba-
tio, nō admittitur repulſa teſtium ita tenēt
Ioā.And.& Ant.de But.in d.c.veniēs el ij.de
teſti.& ſequitur Abb.ibi in v.col.in prin.&
180 Fel. in vj. col. in v.ɔcl. †Decimoſexto,dr̄
cauſa ſummaria,quando agitur ad exhiben-
dum,nam in tali cauſa ſummarię procedit,
& admittuntur probationes leues ꝑ ſolum
iur̄m,vt eſt tex. & ibi gl. in verſ. ſummatim
in l.iij.§.ſciendum,& l. theſaurus,ff.ad exhi
bendum,& Bartol. in l.nec quidquam,§.de
181 plano.in fi.ff.de offic. proconſ. †Decimo-

ſept

septimo dr̃ causa summaria, qñ agitur cõtra debitores tributorum, & datiorum, & aliarum functionum fiscalium, & collectarum. Nã in exigẽdis istis collectis, & tributis publicis, nullus ordo iuris seruat, imò ẽt nec citatio requiritur, sed solum fieri solet pceptum de soluẽdo. Solet ẽt fieri pceptum gñale, vt quicunq; tenetur ad collectas, seu ad datia publica, debeat soluere sub certa pœna, ita in terminis tenet Bald. in cons. 433. incipiẽte, licet &c. in
182 iij. vol. † Decimooctauo, dr̃ causa summaria, vbicunq; agitur cõtra gabellotos, passagerios, & platearios, qui indebite opprimũt aliquem exigẽdo indebitas gabellas, & extorsiones, nam cõtra istos pceditur in regno de plano, & celeriter, vt est const. regni, q incipit, Auctoritatẽ, & ibi And. de Iser. & Matt.
183 de affl. † Decimonono, dr̃ causa summaria, qñ agitur de mittendo aliquem in possessionem ex primo decreto. Nam sufficit cõstare de debito summatim, & sic semiplene, ẽt per solum iurm, ſm Bar. in lege, cum pponas, C. de bonis auct. iud. possid. & gl. in l. Fulcin. §. j. ff. ex qbus causis in poss. ea in vers. oportet, & Bart. in l. si fin. §. Iulianus, ff. de damno infecto, & in l. j. §. fin. C. vt in rem actio p il
184 lum textum. † Vigesimo, dr̃ causa summaria, qñ legatarius petit satisdationem ab herede nomine legatorum. Nam si heres opponit, quod calũniose petitur talis satisdatio, debet iudex de hoc cognoscere summatim, & sufficiet tunc solum iurm legatarij, text. est. iuncta gl. in vers. summatim, in l. si is, à quo. §. j. ff. vt in poss. leg. & idem procedit in alijs stipulationibus, & satisdationibus simi
185 libus, l. j. §. j. & ibi Bart. ff. de prẹt. stip. † Vigesimoprimo, dr̃ causa summaria, qñ agitur an actio ex testõ sit pponenda actioni causæ liberali, siue piudiciali, tex. est in l. si quis li
186 bertate in §. planè, ff. de petit. her. † Vigesimosecũdo, dr̃ causa summaria, qñ aliqs vult examinari facere testes ad ppetuam rei memoriam, nam debet cõstari facere iudici, q dicti testes, sint senes, vel alias valetudinarij, adeo q verisimile est, q de facili possent mori, & sup hoc adhibet summaria cognitio p semiplenas pbationes, text. est in l. in lege Aqlia. §. si deletũ, & ibi Bart. & doct. ff. ad l. Aquil. iũcta gl. ibi in vers. q testes, &c. de qua mã examinandorum testium ad ppetuam rei memoriã ante litem contest. vide gl. & Abb. plenè in c. qm̃ frequenter, §. sunt & alij. vt li te non cont. & Alex. in cons. ccvj. col. fi. in ij. vol. et Abb. in c. signauit, de test. & Bar. in l. iiij. §. ptor. col. iij. ff. de dã. infec. In hoc tñ habemus in regno nouam puisionem p const. q incipit, Probationum, q vult, q tales depositiones testium receptæ ad ppetuam rei memoriam, nõ faciunt fidem, nisi tm̃ infra an-
187 num. † Vigesimotertio, dr̃ summaria causa naufragorum, nam cõtra surripientes aliqd de naufragio, pcedit leuato velo, & sic summariæ, et de plano, text. est & Bar. et doct. in l. de submersis. C. de naufr. lib. xj. et est rõ, ne addat afflictis afflictio. q a passi naufragium, ex quo remanet paupes, et denudati, non est ęquũ quod velint pati iudiciorum anfractus, et plixitates litigãtium: sed debẽt citius expediri: ne alias cogant iudicium derelinquere,
188 pp inopiã. † Vigesimoquarto, dr̃ summaria cã, breuis seu modicæ summæ: p textum in authen. nisi breuiores, et ibi Bar. & Bal. C. de sentẽtijs ex peri. rec. et not. gl. in §. necessitatẽ, in vers. ex non scrip. in auth. vt iud. siue quo suffrag. & tex. in §. sit tibi quoq; in authen. de mãdato prin. iũcta, gl. ibi in ver. breuiore. Debẽt. n. tales cãæ videri de plano, & ex nõ scripto, vt hr̃ in locis pallegatis, & sine sportulis, vt est tex. in §. ne aũt in auth. de iu.
189 & in d. §. sit tibi quoq;. † Quæ aũt dicantur cãæ modicę seu breuiores, tex. in l. si oleum, §. fi. cũ l. seq. ff. de dol. dicit quod cã modica, est infra duos aureos, cõiter tñ tenetur, q relinquit arbitrio iudicis, attẽta qualitate psonarum, & cãæ, nam inter magnos dños cã centum aureorum, esset modica, & ecõtra inter psonas paupes, cã vnius bouis, vel vnius porcelli, posset dici magna, ſm Bar. in d. authen. nisi breuiores, & no. plene Ias. in rep. l. admonẽdi, col. cxxiij. ff. de iureiur. facit gl. in l. illicitas, §. ne tenuis, ff. de off. psi. Car. & in cl. sæpe. in iij. q. de ver. sig. Item dr̃ cã breuis, qñ est talis, in qua plus expenderet in sportulis, quã sit valor causæ: ſm Bar. in l. mediterraneæ, C. de ann. & trib. lib. x. & Fel. in c. nõnulli, col. j. & ij. de rescr. & q istud de modicitate cãæ remittatur arbitrio iudicis, tenet Bar. in l. et si suscepit, §. j. ff. de iud. et in d. l. admonendi, col. antep. et gl. in c. fi. de iud. lib. vj. et Bal. in l. ij. col. iij. C. de ped. iud. et Fel. et can. ĩ c. in causis, de test. et Bar. in l. diuus, ff. de bo.
190 dam. † Et in tm̃ est summaria cã modica, q stat soli informationi, et relationi iudicis
191 sup ea, ſm Bar. ĩ d. auth. nisi breuiores. † It

vnu

vnus testis facit plenā probationē, vt no. Ias.
192 in d.l.rep.l.admonendi col.xcvj. †vbi idē di
cit de fama, q̄ plenè probat i causis modicis.
193 †Vigesimoquinto dr̄ summaria cā paupe-
rum, & miserabiliū personaꝶ, prout sunt vi
duę, & pupilli·q̄a debet talis cā videri de pla
no, & sine scriptis, & sine solutione sportula
rum, vt est tex. in d.§.sit tibi quoq; in auth.
de mād.prin.ibi, viliū &c.& ibi Bar.& doc.ꝑ
hoc est tex.iūcta gl.in ver.vel ꝑsonæ in l.nō
nunq̄ la j.ff.de iud.& in l.illic.§.ne tenuis, ff.
194 de off.ꝑsi. †Pro hoc facit, q̄a istæ personæ
miserabiles pn̄t trahere aduersarios suos co
ram Imperatore, & facere causas eaꝶ decidi
ab ipso imperatore l.j.C.q̄n Imp.inter pup.
& vid.nec pn̄t trahi per aduersarios extra ꝓ-
uinciam: vt ibi hr̄. Sed imꝑator decidit cām,
sola facti veritate inspecta s̄m Bar.in l.Æm.
col.fi.ff.de min. & Bal.in c.j.§.inuest. col.fi.
de noua for.fidel. Item pn̄t personę misera-
biles trahere laicos corā iudice eccles.tex.est
& ibi Abb.& Fel.in c. significantibus de off.
195 del. †Illud tn̄ quod dr̄ de pupillo, & vidua,
intelligas semper ꝓcedere in vidua pauꝑe,
& in pupillo paupere, secus si sit diues quia
non dr̄ tunc miserabilis persona, nec gaudet
priuilegio miserabiliū, ita tenet Abb.in d.c.
significantibus in j. no. ibi ēt Io. de Imo. &
Fel. idem tenet Alex.in ꝯs.cxxj.col.fin. in j.
196 vol. †Et ꝙ pauperes litigantes nō teneātur
soluere sportulas in iudicio, sed eoꝶ causæ
debent audiri gratis, tenet Paris in tract.fin.
197 in ver. expensæ col.j. †Vigesimosexto dr̄
summaria causa, vbicunq; agitur de salario
seu mercede laboris, s̄m Bald.in authen.nisi
breuiores, C. de sent. ex peri. rec. vbi ponit
exemplum de rustico petente mercedulam
suam, curia hoc etiam videatur introductū
de iure diuino, per id ꝙ habetur Matth.c.xx.
Voca operarios, & redde singulis mercedem
suā, & no.gl.in cl.dudum, §.veꝶ de sepul.q̄d
patet ēt, quia merces soluenda est laboranti-
bus in fin.dici ante occasum solis, s̄m Card.
in cl.fi.in xiij.q.de p̄b.& hr̄ Deuter. c.xxiiij.
198 & Thob.c.iiij.& Leuit.c.xxx. †Vigesimose
ptimo dr̄ cā summaria q̄n agitur de proban
do impedimento ad obtinendam secundam
dilationem vel ad ꝓbandum quod exceptio
de nouo peruenit ad notitiā, nam ista ꝓba-
tio fit summariæ, & per solum iurm̄, vt est
tex.in c.pastoralis in fi.de excep.& Bar.in ex
trau.ad reprimēdā in ver.summariæ col.iij.

An aūt aliud impedimentum in alijs causis
ꝓbetur per solum iurm̄, vide Bart.Ias. & a-
lios doct.in l.ij.§.quod diximus, si quis cau-
199 tio. †Vigesimooctauo dr̄ causa summaria,
vbicunque agitur de leuibus delictis, quia ta
lia delicta expediuntur de plano.l.leuia, &
ibi Bar.ff.de accus.& Lāfr.in cl.sæpe in vers.
de plano.in ij. ꝯcl. de verboꝶ sign. quæ aūt
dicantur delicta leuia, quantum ad hoc, vide
200 Bar.in d.l.leuia, & Lanfr.vbi supra. †Vige
simonono dr̄ causa summaria vbi agitur de
crimine læsæ maiestatis, nam talis cā expedi
tur summariæ, & sine strepitu, & figura iudi-
cij, vt est tex.in dicta extrau.ad reprimendā.
201 †Trigesimo dr̄ summaria causa, vbicunq;
agitur de dando tutorem vel curatorem ali-
cui pupillo per iudicem, vel si agitur de filio
adoptando, vel emancipādo, vel de bonoꝶ
possessione agnoscēda, & de alijs similibus:
q̄a ista expediuntur de plano, & à iudice ꝓ-
cedente, & qualibet die, ēt feriato l.ij. de fe-
rijs, & l. qui habet, §.quolibet, ff.de tut. & l.
nec mandante, §.dari, ff.de tut. & cur. dat ab
his, & l.fi.C.qui admit. & Lanfr.in dicta cl.
sæpe in vers. de plano in fi.vbi refert notabi
liter ad reprobationē cuiusdā practicæ, qua
vtuntur quotidie tabelliones, q̄n faciūt scri-
pturam tutelæ decretæ ꝑ iudicem alicui mu
lieri. & vadit iudex ad domum mulieris cā
honestatis: nam faciunt scribere, quod iudex
eligit illum locū pro suo tribunali mutato
loco iudicij ex cā. Nā ista practica est super
uacua inanis, quia in oī loco potest iudex ta
le decretū interponere, ēt si non sedeat ꝓ tri
bunali, ego vidi plures notarios, q̄ volūt se
facere iurisperitos, errare in hoc, q̄n faciunt
ī regno cōtractū alicuius mulieris, maxime
viduę solēt dare illi mulieri mūdualdū. Et
in aliquo loco seruatur, ꝙ datur bailus loco
mūdualdi, & scribūt, ꝙ iudex regius ad con-
tractus ꝓ tribunali sedēs, in domo talis mu
lieris, dat sibi mundualdū mediante eius de-
creto, mutato loco iudicijs ex cā. Et sic appo
nunt oēs istas filaternas in instr̄o, quas pone
re, est potius superstitio, quam necessitas.
202 †Quia datio talis mundualdi; cū sit iurisdi
tionis voluntariæ, pōt fieri à iudice ēt deam
bulante, & in quocunque loco, ēt in platea
vel theatro sicut dicim⁹ de datione tutoris:
ꝑ p̄dicta. Pro hoc est tex.in §.serui vero inst.
de liberti. Possent dari ēt multi alij modi, in
q̄bus cā pōt dici summaria, quos studiosus

qlibet pquirere pōt: & multos alios ponit
203 Spec.in tit.de off.om.iud.§.postr. † Vnum
restat discutere in hac mā, ꝙ est valde vtile,
&necessariū,maxime in regno,videlicet,Po
ne ꝙ partes litigātes in cā ciuili vel alia sū-
maria porrexerūt libellū in forma,fecerunt
lit.ↄtest.&oēs alios actus iudiciarios,seruā-
do ordinē iuris cōis,an videant renunciasse,
pcessui summario,ita vt cā debeat dici ordi-
naria devolūtate partiū,vt tūc seruet ius cōe
& nō ius municipale? Dubiū est valde vtile
q̄a tūc si pcessus pateret aliquē defectū cir-
ca subalia iudicij,quo ad ordinē,esset nul⁹,
& similiciter snia nō valeret, p ea q̄ no. in l.
vinū,ff.si cer.pet.& dixi supra in princ.huius
distōnis. Nec saluaret p illas clausulas,sine
figura iud. & soli facti veritate inspecta,&c.
q̄bus vtuntur iura municipalia huius regni:
ex quo obstat volūtas litigātiū,volētiū,cām
fieri ordinariā.Sup ista q.reperio varias op.
nā Bal.i l.diffamari col j.i fi.vers.ij.opp. &c.
C.de ing.et man.tenet,ꝙ q̄n partes pñt pce
dere summariȩ,& eligūt viā ordinariā,cā ef
ficitur ordinaria. & sic vr̄ hoc dependere ex
volūtate partiū allegat gl.sing.in l.proinde,
§.not.in gl.fi.i fi.ff.ad l.Aq.l.& ita p illā gl.
tenet Frāc.de Curt.in addit.ac Alex.in l.vi-
nū col.fi.ff.si cer. pet. in addit. q̄ incipit,Tñ
falli &c.vnde tūc nō valeret snia lata sup li-
bello inepto,ſm eū.Hinc dicit Bal.in l.p fa
uore,col.j.C.de legi.&in l.nullū,ff.de leg.ꝙ
si princeps mādat iudici, ꝙ pcedat summa-
riȩ,& ille pcedit ordinariȩ,valet pcessus,tā
quā ordinariȩ factus idē tenet Lāfr.i cl.sępe.
204 col.iij.in prin.de verb.sig.in xv. ↄcl. † Hoc
corroborat ex his,q̄ dicimus in simili i testō
nā testator q poterat testari sine solēnitate,
faciēdo testm̄ nūcupatiuū,si elegit viā testā-
di in scriptis,&nō valuit testm̄,minime vale
bit vt nūcupatiuū,ex quo illā viā solēnē ele
git,ita tenet Bart. in l.fi.ff.de iure codicillo
facit ēt ꝙ dicimus de ↄtractu in scriptis, nā
q̄n erat in posse ↄtrahētiū ↄtrahere i scripti,
&sine scriptis,&elegerūt viā ↄtrahēdi in scri
ptis,nō valet ↄtractus sine scrip.l.ↄtr. & ibi
Bal.col.j.in fi.C.de fi.inst.vbi plus dicit Bal.
ꝙ eo ipso,ꝙ partes dāt, habeamus notariū,
vt ↄficiat scripturā de ↄtractu,cēsent velle cō
trahere i scriptis,in tm̄ ꝙ ante,q̄ scribat, pōt
eas pęnitere,vel alterā partē pęnitere,& nol
le ↄtrahere,vt hr̄ p Matt.i dec.39.ↄs. Neap.
vers.iij.&c.ita ēt vr̄ dicendum in casu nr̄o:q̄a
erat in ptāte partiū procedere summariæ,&
elegerunt viā ordinariā,debet eis imputari:
vnde si deficit solēnitas iudicij in aliquo,nō
debet valere processus. Cōtrariū tenet Bal.
in l.iij.ff.de test.mil.vbi dicit,ꝙ si is q potest
pcedere summariæ,& de plano,incipit pro-
cedere ordinariæ p libellum,pōt obmittere
viā ordinariā,& reliquum processum expedi
re summariæ q̄a eligendo ius cōe,non cen-
205 setur priuilegio renunciare. † Vnde infert
ibi Bal.quod si est compromissum in aliquē
tanq̄ in arbitrum,& arbitratorē, & ille ince
pit pcedere,vt arbiter.&pcessit inordinate:
valet nihilominus eius laudū,tanq̄ arbitra-
toris,& hoc dictū facit valde ad ppositū qō-
nis nr̄æ:vt si processus fuit initiatus ordina-
riæ,& nō fuit rite cōpositus,debet valere tā-
quam summarius, pp dicta iura municipa-
206 lia. † Et pdicta tenet Bald. ibi p illum text.
in d.l.iij.vbi miles,q poterat testari iure spe
ciali,si voluit testari iure cōi,& obmisit solē
nitates: adeo quod testm̄ non potest valere
iure cōi,valebit saltem iure militari,&sic nō
vr̄ renunciare priuilegio,adeundo viam iu-
risdictionis.Et ista contraria opin.mihi ma
gis placet intelligendo tñ,q̄n partes non ex
presse declarauerunt se velle pcedere ordi-
nariæ:sed tm̄ incœperunt ita ordinariæ pce
dere: ex quo pcessu potest resultare tacitus
consensus, non aūt expressus,quia iste taci-
tus ↄsensus non debet ita interpretari,vt par
tes voluerūt facere actū inutilem, & iudiciū
frustrat. arg.l.quoties la ij.ff.de reb. dub. &
207 l.quoties,ff.de verb.obl. † Nemo.n.vr̄ ele
gisse viam,p quam actus,& voluntas sua im
pugnetur: vt d.l.iij.ff.de mil.test. & Alex.in
l.hac consultissima,§.p nūcupationē,C. de
208 test.& Soc.in ↄs.cxlij.col.iij.in j.vol. † Hāc
secundā partem,quam teneo, confirmo per
id,quod dicit Alex. in l. vinum col. fi. & ibi
gl.singularis,in gl.fi.in fi.ff.si certum pet.vbi
dr̄,ꝙ in causis,in q̄bus non requiritur libel-
lus,si interueniat,& ineptus,nō vitiat pces-
sum, sic ēt possumus dicere in quolibet actu
substantiali iudicij,vt si interueniat, & ine-
ptus vel si penitus obmittat, non habeat vi-
tiare,ex quo non req̄rebatur de necessitate.
Si.n.esset vera j. opin. nunq̄ posset verificari
illud dictum gl.& Alex. in d.l. vinum,quod
cōiter approbatur: quia semper q̄n quis prę
sentat libellum,vr̄ eligere viam ordinariam
& sic essemus in dispositione iuris cōis: ſm
quam

quam libellus ineptus vitiaret, quod esset cō
209 tra illud dictum. † Ad quod facit, quod no. Bald. in l. qui testō, §. per contrarium, ff. de test. vbi dicit quod valet informatio capta ꝑ testes inhabiles in casibus, in q̄bus testes nō requirebantur: facit ēt tex. iuncta gl. in §. ser ui. inst. de libert. & ibi gl. in ver. transf. q̄ ꝓbat
210 quod † quia qñ actus poterat geri sine interuentu alicuius ꝑsone, si ille interueniat, & inutilis, non vitiat actū. Pro hoc est tex. in prin. C. de rei vxo. act. Sic ēt dico in q. nr̄a: quia causa poterat expediri summariæ, & sine solennitate iuris, si interuenerūt dictæ solēnitates, & inutiliter, non debet ꝑ hoc vitiari ꝓcessus. Præterea, qđ ista pars sit verior in regno maxime vbi viget dispositio dicti c. detestantes. nō est opus ire per mendicata suffragia, q̄a patet euidenter ꝑ d. c. detestantes, vbi mandatur, ꝙ qñ in processu liquet de sola substantia veritatis, non possit opponi aliqua exceptio nullitatis ex defectu ob missæ solēnitatis iudicij, & illud mandatum dirigit iudici, vt patet ibi ex suprascriptione vnde nō est curandū in regno, qñocunque partes ꝓcedāt in cā, siue ordinariē, siue summariē, q̄a dūmodo liqueat de veritate, semper iudex poterit ꝓferre sñiam validam, ēt si aliqua subalia obmittatur, q̄a de his non est curandū. Et ꝑ d. c. detestantes, apparet rñsio ad oēs decisiones contrarias adductas ꝓ j. parte q̄a oēs cessant in regno, vbi habemus ius municipale expressum in contrariū. Et vltra pars, quod hec sola rñsio sufficeret, potest ēt de iure cōi sustentari ista ij. pars, & rñ
211 deri ad contraria. † Et primo non obstat gl. in d. l. proinde, §. notandum in fi. ff. ad l. Aquil. quia ista gl. loquitur in casu, in quo non requirebatur sñia: vt quia sumus in cōfesso: in quo solum fit p̄ceptum, vt soluat l. vnica, C. de ꝯfes. Verum est, ꝙ si actor vigore confessionis rei voluerit formare libellū solēniter, & petere id quod cōfessus est, tūc requiritur sñia. ex quo cā est initiata in forma iudicij: & sñia debet esse conformis libello: & hoc dicit illa gl. Non tñ ibi fit aliquod verbum, quod si interueniret libellus ineptus, vitiaret ꝓcessus: vel si aliter ꝓcessus fuit non rite factus: sed solū sentit, quod si fuit fabricatus ꝓcessus ordine iuris, vbi non req̄rebatur, talis ꝓcessus est solēniter per sñiam determinandus. quod ex quadā necessitate, q̄a oīs processus maxime ordinariē factus, expectat diffinitiuam sñiam. Non obstat dictum Bal. in d. l. diffamari, q̄a nihil facit ad ꝓpositū. Dicit. n. qđ partes p̄nt procedere ordinariæ, vbi poterant summariæ, & valet ꝓcessus ordinarius istud est claꝝ, & expeditum, per tex. in cl. sæpe, §. fi. de verb. sig. q̄a tunc res reuertitur ad nām suam, & sic ad ius cōe. vnde de facili fit: vt no. in d. §. fi. Non tñ dr̄, qđ si in aliquo obmitteretur aliud substātiale, vitietur processus, & ita ēt rñdeo ad id, quod dicit Bal. in d. l. quod facere, C. de legi. & in
212 l. nulla, ff. eodē tit. † Non obstat, quod dicimus de testō in scriptis, quia illud procedit, qñ testator expresse declararet quod volebat inscriptis testari: tūc si nō valet vt testm̄ inscriptis, minime valet vt nuncupatiuū: vt q̄a interuenerunt requisita in nuncupatiuo, valebit vt nuncupatiuum: Secus, qñ hoc expresse non appareret: q̄a tunc pōt valere vt nuncupatiuū: ita sentit Bar. in d. l. fi. ff. de iure cod. & Cyn. Alex. & Ias. in l. hac consult. §. per nuncupationem. C. de test. & Ang. & Imo. in l. j. §. sinuatem, ff. de hered. instit. & Alex. in ꝯs. clxxvj. col. ij. in v. vol. & in cons. cxiij. in iij. vol. & Pau. de cast. in cons. ccccxv. in ij. vol. & Soc. in cons. cxlij. in j. vol. & hr̄ aliquid in decis. lxix. cons. Neap. & eodem modo rñdeo ad l. contractus, & ibi Bal. C. de fide instr. s. quod loquitur qñ expresse appareret, quod parte voluerunt cōtrahere in scriptis. Et ꝑ hoc dico, quod qñ expresse partes conuenirent, quod procedatur ordinariæ, corā iudice: & renunciarent illi c. detestātes tunc ꝑꝑ expressum consensum dicerē, quod non valeret iudicium, si aliqua solēnitas ob
213 mitteretur, per p̄dicta. † Quid aūt ē cōtra: an possint partes facere, quod in cā ordinaria ꝓcedatur summariē? Spec. in tit. de libel. concep. §. nunc dicendū vers. ix. tenet quod sic. Contrariū tenet Car. in cl. sæpe in princ. in xiij. q. & Alex. in addi. ad Bar. in l. si societatem, §. arbitroꝝ, ff. pro socio in ij. col. in addi. quæ incipit. Adde ad hoc, & c. Et rō est, quia qđ ordinariæ procedat, est iuris publici, & partes non p̄nt iuri publico renūciare, l. ius publicū, ff. de pact. & idē tenet Lucas de penna in l. de submersis col. pen. in fi. & seq. C. de naufr. lib. xj. per eandem rōnem dn̄t tñ Card. in d. xij. q. & Lucas, vbi supra, quod si partes vellent, quod iudex procedat tanquā arbitrator, possunt hoc facere, & sic per hunc modū possunt facere causam summariam.

Et ex prædictis remanet expedita j.q.princ. huius ix.dist.iud. Secunda quæstio principalis est, quas specialitatis habet iudiciũ summarium: in quibus differat ordinario; super qua non insisto. quia ex supradictus in j. q. omnia hæc bene perpenduntur: ex quo nimium me dilataui super j.q.in qua comprehensa sunt omnia, quæ essent dicenda super vtraque. Vnde transeamus ad x. distinct. iudiciorum. Rob. Mar. V. I. D.

Iudiciorum X. Distinctio.

1 Iudicium aliud ordinarium, & aliud extraordinarium.

2 *Iudicium extraordinarium, dicitur, vbicunque non est prodita actio ad aliquid exequendũ: sed prætor ex potestate sua illud exequitur.*

3 *Iudicium est extraordinarium, quando generaliter super causa imploratur iudicis officium in locum deficientis actionis.*

4 *Pœna extraordinaria seu arbitraria irrogatur vbi à lege vel statuto non est imposita certa, & determinata pœna.*

5 *Iudicium dicitur extraordinarium, vbi agitur per viam inquisitionis sine accusatore. Et processus inquisitionis extraordinarius dicitur.*

6 *Damnatus per viam inquisitionis, non punitur pœna ordinaria à lege inducta, sed mitiori, et arbitraria, nisi constet de crimine per confessionem.*

7 *Iudicium dicitur extraordinarium in regno, quãdo præsentatur instrumentum, secundum formam ritus.*

8 *Iudicium omne criminale, extraordinarium dicitur.*

9 *Iudex attenta qualitate personæ, & causæ, alterat pœnam in criminalibus.*

Ecima principalis distõ iudicioꝶ est: 1 † quia iudicium aliud est ordinariũ: & aliud extraordinarium. Iudiciũ ordinariũ, dr̃ illud, in quo agit̃ aliqua cã ciuilis vel criminalis intentata ꝑ viam cõpetentis actionis vel accusationis. & in qua venit irroganda pęna ordinaria à lege vel statuto expresse iducta. Oĩa ista verba pono ad drĩam iudicij extraordinarij, vt infra patebit. iudiciũ vero extraordinarium põt multipliciter intelligi, vt infra dicam. Et primo potest dici iudicium extraordinarium, oẽ iudicium summariũ vel executiuũ, in quo seruat̃ ordo iuris, vt ideo dicatur extraordinariũ, quia sit extra iuris ordinẽ: vt no. Spec. in tit. de off. om. iud. §. postremo ver. iiij. loco, &c. 2 † Secundo, dr̃ extraordinarium iudicium, vbicunq; non est ꝓdita aliqua actio ad aliq̃d exequendum. sed ꝑtor ex sua ptãte, & officio illud exequitur, siue manu militari, siue captis pignoribus, siue mulcta idicta, vel alijs remedijs ꝑtorijs. hoc ꝓbatur in l. si q̃s sepulchrũ, ff. de relig. & in l. si q̃s missus, ff. ne vis fiat ei, & in l. q̃ restit. ff. de rei ven. & l. j. §. q̃d ergo, ff. de vent. in spi. & Spec. in tit. de off. omn. iu. §. postr. col. 3 iij. in fi. verf. ſm genus, &c. † Tertio, dr̃ extraordinarium iudiciũ, vbicunque gñaliter sup aliqua cã imploratur offm̃ iudicis in locum deficientis actionis. Exẽplum in l. Quintus, ff. de ann. leg. & in l. j. ff. de varijs, & extraord. cog. nam qñ imploratur offm̃ iudicis, dr̃ cã extraordinaria: & qñ lex dicit subueniri extra ordinem, ibi censetur ꝯcedere offm̃ iudicis, ſm Bar. in l. si cui leg. ff. de cond. & dem. & Franc. de Are. in l. cum filius, ff. si cer. pet. 4 † Quarto, dr̃ iudicium extraordinarium, in quo agitur de tali crimine, in quo venit irroganda pœna arbitraria seu extraordinaria, vt hr̃ in tit. de extraord. crim. ff. per totũ. Et tunc imponit̃ pęna arbitraria, qñ à lege vel statuto non est imposita certa, & determinata pena l. j. §. expilatores, & ibi Bar. ff. de effr. & l. sanct. legũ, ff. de pen. & Bal. in rub. C. de fi. instr. col. viij. in princ. vers. q̃ro dixi superius, &c. & Alex. in l. hodie, ff. de pen. & in l. si q̃s id q̃d, ff. de iur. om. iu. & Bal. in l. j. C. ne ex delicto defuncti. Itẽ gñaliter, vbi lex ꝓhibet aliquid fieri, & vltra nõ procedit adijciẽdo pœnã si ꝯtra factum fuerit, tũc semꝑ imponitur pęna extraordin. gl. est notab. in l. nemo martyres. C. de sac. san. ecc. Idẽ dicimus i crimine iniuriaꝶ, vbi imponit̃ pena extraord. l. fi. ff. de iniu. & no. Abb. in c. cũ te. col. ij. & 5 vij. de re iu. † Quinto, dr̃ iudiciũ extraordinariũ, vbi agit̃ ꝑ viam inquisitionis sine accusatore, vnde ꝓcessus inq̃sitionis, dr̃ extraordinarius, ſm Bal. in l. ẽt. C. de fur. & Bal. in l. j. C. de lib. & eoꝶ lib. & Bald. in l. j. C. quoꝶ appe. nõ rec. & Cald. in ꝯs. j. col. j. in tit. de acc. 6 & in ꝯs. vj. in tit. de pen. Intm̃, q̃ † ille qui dãnatur per viam inquisitionis, non punit̃ pœna ordinaria inducta à lege ꝓ illo crimine, sed mitiori pęna, & sic pœna arbitraria, ſm Abb.

ba.in consil.xxv.ij.vers.nunc venio, &c.in j. volum.& Pet.Philipp. Corn.in cons.xix.colum.ij.in litera E.in iij.volum.& Abb.in c. per inquisitionem,in fine de elect. ꝑ hoc est tex.in c.inquisitionis,& ibi per doct. & in c. qualiter & quando,el secundo, de accus.limitat tamen Abb.in dict.cap. per inquisitionem,in fi.nisi de crimine constaret per confessionem. quia tunc punitur eadem pœna ordinaria, ac si fuisset conuictus per accusationem. De hac materia dixi aliqua supra
7 in prima dist.iudiciorum.† Sexto, dicitũ iudicium extraordinariũ in hoc regno,qñ præsentatur instrũm ſm formam ritus: nam ex quo illa causa est executiua,quia debitor statim carceratur,per hoc dr̃ hęc cã extraordinaria. ita dr̃ in ritu magnæ curiæ in nu.63.
8 qui incipit,Itẽ nota,ꝙ assignãs,etc. † Septimo,generaliter põt dici iudiciũ extraordinarium oẽ iudiciũ criminale vt ꝓbatur in l.j.§. fi.ff.de pœn.& in l.ordo,cum ibi no.ff.de publ.iu.tum qa nõ seruatur in eo antiquę solẽ
9 nitates,vt d.l.ordo.tum ẽt, † qa iudex semp põt attenta qualitate ꝑsonæ & cãæ alterare pęnã in criminalib. vt plenè hr̃ per Bar.in l. quid ergo,§.pœna grauior, ff.de his,qui no. inf.& Bal.& Sal.& Doct.in l.& si seruior,C. ex q̃b.causis inf.irrog. Rob.Mar.Venus.

Iudiciorum XI. distinctio.

1 Iudicium aliud seculare: aliud ecclesiasticũ.
2 Clericus tam in ciuili,quam in criminali, & tã in actione reali, quàm personali debet conueniri coram ecclesiastico iudice: & trahens ipsum coram iudice laico, à suo iure cadit; coram quo etiam sponte conueniri non potest.
3 Clericum appellat.qui veniant, quò ad forum.
4 Famuli & seruientes clericorum, coram iudice ecclesiastico conueniri debent.
5 Clerici coniugati,an gaudeant priuilegio fori.
6 Iudex ecclesiasticus cognoscit contra laicum detentatorem alicuius rei ecclesiæ vel clerici. Item,pro legatis pijs contra laicum.
7 Iudex ecclesiasticus cognoscit contra laicum tenentem feudum ab ecclesia.
8 Iudex ecclesiasticus cognoscit de causis spiritualibus, etiam contra laicos.
9 Iudex ecclesiasticus cognoscit de causis miserabilium personarum, etiam laicorum.
10 Iudex ecclesiasticus punit laicum de blasphemia Dei.
11 Iudex ecclesiasticus cognoscit inter laicos,quando iudex secularis negligit iustitiam facere.
12 Iudex ecclesiasticus cognoscit,quando laicus detinet alienum debitum cum peccato.
13 Iudex ecclesiasticus dat curatorem ad litem minori laico litiganti coram se.
14 Iudex ecclesiasticus cognoscit inter laicos,ratione iuramenti.
15 Iudex ecclesiasticus cognoscit de pace fracta.
16 Iudex ecclesiasticus restituit ecclesiam, quæ contraxit.cum laico,& cognoscit de nullitate contractus ecclesiæ contra laicum.
17 Iudex ecclesiasticus cognoscit de validitate iuramenti, an liget vel non.
18 Iudex ecclesiasticus aditur, vbi petitur reductio à compromisso facto in laicum, & clericum.
19 Iudex ecclesiasticus compellit laicum executorẽ testamenti, adiunctum cum clerico.
20 Appellatur ad iudicem ecclesiasticum,quando iudæis laicus simul cum clerico pronunciat.
21 Heredes duo,quorum alter est clericus,& alter laicus,ambo conueniri debent coram episcopo: etiam si plures sint laici, quam clerici.
22 Delinquentes quando plures sunt: quorũ vnus est clericus, omnes possunt declinare forum iudicis secularis, & hoc quando conueniuntur vt singuli, secus si vt vniuersi: quia tunc maior pars attenditur.nu.23.
23 Collegia, in quibus sunt clerici & laici, coram quo iudice conueniantur.
24 Laicus debitor simul cum clerico non conuenitur coram episcopo, quando est diuidua.
25 Iudex ecclesiasticus potest punire laicum perseuerantem in excommunicatione.
26 Iudex ecclesiasticus procedit contra spoliantem ecclesiam vel prælatum.
27 Iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem in laicos, in omnibus concernentibus animam.
28 Iudex ecclesiasticus punire potest aromatarium laicum, miscentem farinam fabarum in cera: & illam vendentem, & similiter omnes vendentes vtensilia, & illa falsificantes.
29 Fraus quid sit.
30 Fraus quotupliciter committatur, & numero 31. & 32.
33 Pœna qua puniatur ille qui tenet aurum, & argentum vitiosum.
34 Pœna quæ nam imponenda sit, committẽti fraudem in substantia.
35 Candelarij facientes cãdelas cum mistura qualiter puniantur.
36 Vẽdẽs pãnos fracidos ꝓ bonis qualiter puniatur

1 NDECIMA distinctio iudiciorum est, † qa iudiciũ aliud seculare, aliud ecclesiasticũ. Iudiciũ seculare, est illud quod ventilatur corã iudice seculari. Iudiciũ ecclesiasticum est illud qđ ventilat̃ coram iudice ecclesiastico. Et qa istud dictũ est satis vulgatũ & planũ, ideo ad hoc vt ex ista distinctio. aliqua hẽat vtilitas, videamus de qb. cognoscit iudex ecclesiasticus, & circa q̃ põt se intromittere, ad hoc vt sciamus aliquas ꝑticularitates iudicij ecclesiastici, & idẽ videamus successiue de iu-
2 dicio seculari. † In primis igit̃ cognoscit iudex ecclesiasticus de oĩbus causis clericorum si

ue ciuilibus siue criminalibus. Intelligēdo sanè qñ clerici ꝯueniuntur, non aūt qñ sunt actores siue accusatores, qa tunc actor sequitur foꝝ rei, c. cum sit gñale, de foro compet. & l. ij. C. de iuris. om. iud. istud principale dictum probat in auth. statuimus, C. de epis. & cler. & c. si diligenti, de fo. comp. licet aliquæ leges ciuiles dicant, quod in cā criminali clericus cōuenitur coram iudice seculari, vt est tex. in auth. vt cle. apud ꝓ. epis. ꝑ totum ti. in auth. de san. epis. §. si qs aūt ꝓ pec. & in auth. clericus, C. de epis. & cl. tñ oēs istæ leges sūt correctæ ꝑ d. auth. statuimus in tm̄, vt ille q trahit clericum coram iudice seculari priuatur iure suo tā in ciuili, quā in criminali cā, vt d. auth. statuimus. Dr̄ aūt trahere clericū per solā citationē ſm Abb. in c. signantibus. in ij. no. de lib. oblat. Item in tm̄ est veꝝ, qđ clericus ēt sponte non pōt conueniri corā iudice laico, ēt si iurisdictionē prorogaret cū iuro, vt d. c. si diligenti. imò ēt cum consensu sui epi, non pōt ꝓgare iurisdictionē iudicis laici, vt not. gl. & ibi Abb. in fi. col. in c. significasti, de fo. comp. Itē ꝓcedit hoc nō solum qñ clericus ꝯuenitur super actione ꝑsonali, veꝝ etiam in actione reali. ſm Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, col. antep. de cōstit. & Abb. in c. qualiter & qñ, de iud. ꝓ hoc est tex. in c. fi. de iud. & in c. si clericus laicum, de
3 foro comp. † Quia aūt veniant appellatione clericoꝝ, in isto casu? Dic quod oēs qui in ecclesia seruiunt, ēt illi, q sunt psalmistæ, & de prima tōsura, vt in c. cleros, xxj. dist. & gl. in ver. quod in clericū, in c. si quis suadente, xvij. q. iiij. & Spec. in tit. de instr. ed. §. nūc vero aliqua, col. xxxiij. vers. qđ de præpositis,
4 & Card. in cl. j. in prin. de of. ord. † Sed iuxta hoc cadit dubiū, certū est, ꝙ famuli & seruiētes clericoꝝ gaudeāt priuilegio fori, sicut ipsi clerici, qa conueniuntur corā iudice ecclesiastico, ēt si sunt laici, vt not. gl. in c. eos. 32. dist. & gl. in c. clericum, el j. xj. q. j. & gl. in c. ecclesiaꝝ seruos, xij. q. ij. & Bald. in l. ij. C. de epis. & cler. Pone mō, quod aliqs trahit huiusmodi famulos corā iudice seculari, an cadat à iure suo, sicut si traxisset clericū? Dicerem ꝙ nō qa hoc nō reperitur iure cautū, & pœna priuationis iuris, nunq̄ itrogatur nisi qtūs expresse reperitur iure cautū, tex. est in §. cum igit̄. in auth. de nō elig. secundo nuben. & tenet Alex. in l. etiā, §. j. ff. sol. mat. & Abb. in c. fi. de iure patr. & Ias. plenè in l. diuortio, §. si fundum, ff. de sol. mat.

ADDITIO Familiares clericoꝝ eorundem fori priuilegio gaudere (inquit) dominus auctor hic, tu legito decis. c. ij. in causa hurgonij. Pet. Follerius.

5 † Quid aūt de clericis coniugatis? Dic, qđ gaudent similiter eodem priuilegio fori dūmodo incedant in habitu & tōsura clericali, & dūmodo duxerint vxorem vnicā & virginem. Si aūt non incedunt in habitu & tonsura, vel si sunt bigami, vt qa duas habuerūt vxores, vel vnā viduam, vel alterā corruptū, oē priuilegiū clericale amittuntur. tex. est in c. j. de cler. cōiug. lib. vj. & Soc. in cōs. xij. col. vij. in j. vol. & inquantū supra dixi. ꝙ iudex ecclesiasticus cognoscit de cā clerici, ita demum. s. quando clericus est reus, secus si est actor limita, vt infra proxi. versic.

ADDITIO De veritate vide q̄ dixi ī prac. cā cri. in verbo audiat excusatores. P. F.

6 † Secundo, principaliter cognoscit iudex ecclesiasticus de cā clerici ēt actoris ꝯtra laicū in casib. inf. scriptis, videlicet qñ laicus est detētator alicuius rei ecclesiæ, vel rei alicuius clerici, vt qa spoliauit clericū vel ecclesiā possessione alicuius rei. nā pro tali re pōt corā iudice ecclesiastico ꝯueniri tex. est & ibi Abba. & Fel. in c. si clericus laicū. de fo. comp. & Abb. in c. relatum de iu. pat. Istud. n. dicitur crimen, quasi sacrilegij: vt ibi hr̄. Item, qñ agitur pro legatis pijs consequendis à laico pōt laicus conueniri coram iudice ecclesiastico, puta quādo sunt legata facta ecclesijs, vel pauperibus, vel alter per anima, gl. est in c. relatum el j. & ibi Abb. in fi. de test. & Bal. in l. nulli, col. fi. C. de epis. & cler.

ADDITIO Laicum de tēptorē rei ecclesiæ posse corā iudice ecclesiastico cōueniri scriptum reliquit dñs auctor, hic, de cuius veritate vide Steph. in tract. de pote. eccl. super laicum, nu. 31. vbi dicit id, de cōsuetudine non seruari, & idem dicit in tract. de pote. sec. contra eccl. in iiij regula in v. fallen. Item in eo quod dicit posse laicum simpliciter conueniri corā iudice ecclesiastico ꝓ legatis pijs, intellige si defunctus in apparenti contritione decesserit. ſm Sicul. in c. à nobis el. ij. de sent. exc. & Sal. in l. j. vij. col. C. ne ex delict. defunct. de quo per Zab. & Sicul. in c. fi. de sepul. Pet. Foll. V. I. D.

7 † Tertio, cognoscit iudex ecclesiast. contra laicū, de cā feudali, vbicūq; aliqs laic⁹ tenet

feudũ ab ecclesia, tex. est in c. verũ, de fo. cõp.
8 & ibi p Abb. & doct. †Quarto, cognoscit iudex ecclesiasticus oĩbus causis spiritualib. & ecclesiasticis ad ecclesiã spectãtib. ẽt si inter laicos agitentur, put est cã vsurarũ, cã mrimonialis, & ltiationis filiorũ, & sic de alijs similibus causis, siue cã sit principalis, siue emergẽs: vt ẽ tex. ĩ c. tuã, de ord. cog. & ibi p Abb. & in c. lator, q. filij sint leg. & in l. oĩ nouatione, C. de sacros. ec. & no. Bar. in l. titia, ff. sol. ma. & Bar. l. quoties, C. de iud. & in l. ij. ff. de iur. om. iu. idẽ tenet Ang. ĩ §. si qs aũt p pec. in auth. de sanc. epi. reprobata gl. ibi, q aliter sentiebat. Idẽ in causis spũalibus annexis, vt hr̃ in c. quãto, de iud. prout est ius patronat⁹.

ADDITIO Procedit indistincte auctoris ꝯclusio, qñ qõ est iuris, sed vbi qõ eẽt meri facti vterq; iudex, & secularis & ecclesiasticus recognoscet. vt voluit Bar. in l. titia, ff. sol. mat. & in l. ij. ff. de iuris. om. iu. quod & repetit in sexcentis locis, & Arch. in c. q d dicam, xiiij. q. iiij. & Ant. de But. & Car. in c. cũ sit gñale extra de fo. comp. & ibi do. Abb. q testatur hanc esse cõem opin. & hanc opinionem sequuntur Ioã. de Imo. & Lud. R. in d. l. titia, ff. sol. mat. & hanc opinionẽ in isto regno Neap. approbauit nr̃a const. regni, inci. statuimus posita sub tit. de vsuris, q̃ ita intelligit Affl. ibi, sed vr̃ huic cõclusioni p me recitatæ obstare c. regni. incip. Item statuimus ꝙ officiales, quo cauet ꝙ nullus secularis iudex debet se intromittere ad cognoscẽdum de crimine ecclesiastico: seu ei rñdet Affl. in d. cõst. statuimus in ij. no. vt intelligatur ſm prędicta. Item vr̃ obstare tex. in c. Itẽ statuimus ꝙ officiales, cõmittẽtes etc. quo simpliciter cauet vt nullus secularis iudex possit se intromittere vt cognoscat de causis spũalib. nisi ex priuilegio vel rõne iuris pat. aliquib. competat, & sic tex. ille nõ distinguit: sed ego intelligerẽ illud, c. vt supra, quia illa est cõis opin. oĩum doct. de quo ẽt late hr̃ per Affl. & Bar. de c. in ꝯst. Maestati nr̃æ. P. F.

9 † Quinto, cognoscit iudex ecclesiasticus de oĩbus causis miserabiliũ personarũ ẽt laicorum: puta de causis pupillorũ, viduarũ, & aliorum pauperũ: nam tales psonæ pñt laicos coram iudice ecclesiastico ꝯuenire: vt hr̃ p Abba. & doct. in c. signãtibus, de offi. deleg. & Abb. in c. licet ex suscepto, col. ij. de fo. compet. & Bal. in auth. adhæc, col. ij. vers. quæro nunq d, C. de vsur. Quod itellige pcedere in pupillo vel vidua paupe. Secus si sit diues, qa tunc non dr̃ persona miserabilis, ſm Abb. in d. significantibus, in j. notab. & ibi ẽt. Ioã. de Imo. & Fel. & Alex. in cõs. cxxj. col. fi. i j. vol.

ADDITIO Forte nõ pcederet in regno hæc ꝯclusio, cum plura sint iura municipalia in regno statuta in fauorẽ miserabiliũ personarum, & data est electio ipsis adeundi quemcunq; iudicẽ voluerint (vt p̃sides puinciarum & magistratũ iustitiarũ & sic magnã curiam Vicarię aliosq. superiores) vt in cõst. statuimus & in c. de violentijs: & sic cũ ipse miserabiles personæ hñt plures iudices seculares & habent electionem eligendi quẽ voluerint, frustra adirẽt ecclesiasticũ iudicẽ, & ita tenet And. Barb. in add. Abb. in c. ex suscepto, de foro compet. Petr. Foll.

10 †Sexto, cognoscit iudex ecclesiasticus, & punit laicum de blasphemia Dei tex. est, & ibi Abb. in c. statuim⁹, & ibi ẽt Io. de ana. de maled. & hoc est, qa dr̃ crimen ecclesiasticũ. vñ idem esset in oĩ crimine ecclesiastico, p ea, quæ habentur in d. c. tuam de ord. cogn.

ADDITIO Intellige ꝙ iudex ecclesiasticus cognoscit de blasphemia, si corã eo fuerit exposita denũcia, & ad pœnã canonicã infligẽdã & sic vterq; iudex ꝯcurrit ad puniẽdũ. vt dicit Abb. ĩ d. c. statuimus. P. F. V. I. D.

11 †Septimo, gñaliter cognoscit iudex ecclesiasticus deo in cã inter laicos: vbicunq; iudex secularis nõ vult iustitiã facere, vel negligit, vel est abñs, & sic in defectũ iustitię efficitur cõpetens iudex eccl. tex. est in c. transmissa, etc. licet ex suscep. & c. ex tenore. de foro cõpet. & Fel. in c. significauerũt, col. iij. de iud. & Bal. in l. contractib. §. in oĩ, C. de non nu. pec. Pro hoc est tex. in auth. vt differ. p totũ, & ibi Ang. & in auth. vt cle. apud pro. epis. et Bal. in auth. ad hæc, col. ij. circa fi. de vsu.

ADDITIO Intellige sanè vt pcedãt hęc dicta, data negligentia iudicis non hñtis sũpiorẽ (vt sunt ciuitates liberę, at sec⁹ si plures essent iudices iferiores & sũpiores, quia si iudex iferior esset negligẽs, adeũdus eris iudex suus sũpior & nõ ecclesiast. exẽplum in regno) vbi statutũ est in spẽ qs iudex adeũdus erit in casu negligẽtię iudicis inferioris: vt hr̃ in c. regis Roberti incip. quorundã ex positio q̃rula, & sic intelligit hãc cõclusionẽ do. Abb. in c. licet ex suscepto de for. cõp. nu. 9. de quo ẽt p Pet. de anc. ĩ ꝯs. 147. alias 196. & sic in regno hęc ꝯclusio nõ pcedere. P. F.

†Octa

12 †Octauo, cognoscit iudex ecclesiasticus inter laicos, vbicũq; aliqs detinet debitũ alienũ cum pctõ vel rem alienã, & est tale debitũ, ad quod nulla competit actio, & sic non põt aliquo remedio recuperari in curia seculari: nã tunc rõne peccati põt adiri iudex ecclesiasticus p viam denũciationis euãgelicę, q denunciatio est tãtæ efficacię, quod põt iudex ecclesiasticus rõne peccati compellere illũ detentatorem ad pniam, & pñr quia non posset facere pniam, nisi restituat potest eũ compellere ét ad rei restõnem per excõicationem, & ẽt mittendo denunciãtem in possessionem bonoꝝ suoꝝ: ita valde notabiliter tenet Bal. in auth. ad hæc, col. iij. in prin. C. de vsur. quem refert, & sequitur Fel. in c. nouit. col. fin. de iud. Et nota perpetuo pulchrum modum recuperãdi aliq̃ rem, ad quã nõ competit actio de iure ciuili, & semp inspicias, an illa res possit detineri sine pctõ: qa ecclesia sup pctõ se fundat principaliter. & inter alia vide vnũ exemplũ, ꝙ ponit Abb. in c. j. circa fin. de conc. præb. vbi dicit, qđ si qs obtinuit aliquid per sniam iniustam, quę transiuit in rem iudicatam, põt contra eum agi ad recuperationem per viam denunciationis euangelicæ: de qua materia vide aliqua per Abb. in cõs. xl. in ij. vol. & vide Abb. in cap. ad nostram, el ij. de iureiurando.

ADDITIO Contrarium eius ꝙ hic dicit auctor in exemplo dato p Abb. tenuit. Bar. in extrau. ad reprimendũ in verbo denũciationem vers. quid de tuto. & ibi absolute cõcludit, ꝙ super sententiato p iudicem proprium nõ habet locum hæc denunciatio, qa non põt amplius cognosci de pctõ obstante exceptione rei iudicatæ, nã speciale est in cã criminali, vt qñcunq; possit cognosci, ad hoc allegat tex. in l. diu. ff. de pœn. Idem vř tenere Bal. in c. si quis p triginta si de feu. fue. cõtro. collo. x. vnde Abb. in c. extra de iud. dicit p isti doctores nõ faciũt mentionẽ de dicto host. qđ est in cõtrarium, & sic pro ꝯcordia, inqt, esse dicẽdum, ꝙ aut victor, in cã confiteretur sniam pro se latam iniustã fore, & debet denũciatio admitti, qa talis snia est reuocãda, & idem dicit vbi notorię ꝯstaret sniam esse iniustam, sed vbi cessat cõfessio victoris seu notorietas, dicit ꝙ magis dubiũ, sed putat esse dicendum quod aut ista denunciatio põt pbari p clara indicia ꝙ victor peccat, qa scit sniam iniustam, & tunc debet admitti denũciatio, aut non pbatur p clara indicia, & nõ admittitur denũciatio, sed in hac vltima parte And. Barb. in additio. ad dom. Abb. cõtrarium vř sentire, vide ibi. & ibi plenè de mã denunciationis euangelicæ. Petrus Fol.

13 †Nono, iudex ecclesiasticus põt dare curatorem liti, qñ minor laicus litigat corã eo: qa talis curator semper per illũ iudicem, corã quo lis vertitur, ſm Bal. in l. fi. post. princ. C. de administr. tut. & est tex. in c. fi. de iud. li. vj. sicut dicimus econtra qa iudex laicus dat curatorẽ minori clerico corã eo litiganti, vt

14 est decis. Rotæ 207. in antiqs. †Decimo, cognoscit iudex ecclesiasticus inter laicos rõne iuři, vt qñ debitor est obligatus per instřm iuratum, nam potest tunc conueniri coram iudice ecclesiastico pro obseruantia iuři, vt est tex. in c. fi. de fo. competen. lib. vj. tũc est, quod si aliquis petit absolutionem à iuřo coram iudice ecclesiastico, põt coram eodem iudice de tota causa litigare quia is, qui fuit iudex causæ præparantis, & sic absolutionis à iuřo, erit etiam iudex causæ præparatæ, ita dicit Bal. in l. ordinarij, col. j. C. de rei vend. & Ias. in l. nam, & postea, §. si minor, col. iij. ff. de iureiuran. Et si lis est initiata coram iudice seculari super debito iurato, potest interim creditor lite pẽdente adire iudicẽ ecclesiasticũ, vt moneat iudicẽ secularẽ, vt acceleret cãm, & cogat debitorẽ ad obseruantiam iuři, nec põt sibi obijci exceptio litis pẽdentiæ, ſm Bald. in l. j. col. fin. C. de rebus cred.

ADDITIO Apud antiquos quæstio est, an iuřm laici faciat mutare foꝝ, an vero accumulet? & Io. monachi, & Archid. in d. c. fi. de for. comp. in vj. tenuerunt ꝙ facit mutare foꝝ, in tm̃ vt iudex laici de hoc cognoscere non posset, & Ioan. And. ibidem prout refert do. de san. Gem. qui dicebat quod aut agitur de vinculo iuři in foro pœnitentiali, & tunc planum est, quod est crimen ecclesiasticum, & sic loquitur (ſm eum) xxij. q. j. prędicandum, & est ratio quia laicus non habet potestatem clauium vt possit absoluere, vel ligare in foro pœnitentiali, vt no. gl. de off. ord. c. pastoralis: aut agitur de iuřo in foro contentioso qñ versatur alterius interesse, & tunc distingue, quia aut agitur ex iuřo vt seruetur, aut excipitur ex illo si agitur tunc vterq; potest esse iudex competens, qñ non reuocatur in dubium an iuřm sit licitum ita vel ne, de iudice seculari quod possit esse iudex,

dex,probat tex.in c.licet extra de iureiur.& quod ecclesiasticus ét cognoscere possit, ꝓbatur per tex.in c.fin.de foro comp.in vj. si aût excipiatur coram iudice laico ét de illo cognoscet,& diffiniet secularis,seruando tñ ius canonicum.si aût versatur in dubium,ꝓbabile an iuramentum sit licitum vel non, tunc debet remitti ad ecclesiasticum,&sic tenendum putat dom.de san. Gemi. ibi,& de veritate vide Fel.in c.extra de iureiu.num.2. & nu.27. vbi qualiter ꝓcedat id quod iudex causæ proprietatis debet esse iudex causæ ꝑparatæ,&per eundem in c.cum sit generalis de for. comp. Petr. Foller. V. I. D.

15 †Vndecimo,cognoscit iudex ecclesiasticus de pace facta etiam contra laicos gl. est singularis,& ibi Abb.in c. super quibusdam in fi.de verb.sign.assignat ibi Abb.rõnem,quia qui frangit pacẽ oppugnat charitatẽ,&sic Iesum Christum,qui reliquit pacem in terris.

ADDITIO Hãc etiam opinionem sequitur idem Sicul. in c. cũ sit generalis de foro compet. Petrus Follerius.

16 †Duodecimo, cognoscit iudex ecclesiasticus,vbicunq; ecclesia, q̃ ꝯtraxit cũ laico,fuit læsa,& vult petere restitutionẽ in integrum: nã talem, restitutionẽ potest petere,ét corã iudice ecclesiastico ita decidit Abb. in c. ad nostram in j.notab.de rebus eccles.nõ alie. & Innoc.in c.cum sit generale de for.comp. Idem,quando ecclesia vellet dicere de nullitate contractus ad ipsum reuocandum,quia potest adire iudicem ecclesiasticum, secundùm Abb. in dicto c.ad nostram col.ij.vers. nota tamen, &c. & sic est casus specialis in quo actor non sequitur forum rei.

ADDITIO Adde huic dicto Sicul.in c.cum sit gñale de fo.comp.nu.10. & in c.de rest.in inte.& lap.alleg.lxv.& vide c.si clericus laicum,& quæ ibi no.extra eo. ti. P. F.

17 †Decimotertio,cognoscit iudex ecclesiasticus,qñ coram iudice seculari vertitur dubiũ super validitate iuri, videlicet vtrũ liget vel non. Nam tunc iudex secularis non põt de hoc cognoscere, sed debet remittere ad iud. ecclesiasticũ,ita singulariter tenet Abb.in c. cũ contingat,col.xij.ver.vnum tñ nõ obmit

18 to,&c.de iureiur. † Quartodecimo,si esset factum cõpromissum in clericum,&laicũ,& opus est petere reductionẽ ad arbitriũ boni viri,talis reductio debet peti corã iudice ecclesiastico,& ipse de ea cognoscit,nõ obstante,ꝙ litigantes sint laici,& si alter arbiter est laicus,q̃a magis dignũ trahit ad se minus dignũ.ita tenet Bal.in l.ꝑcipimus,in fi.C.de appel.idẽ,quod supra dixi de reductione ad arbitriũ boni viri,tenet Lud.R.in ꝯsil.ccxlv.& Ias.in l.imperiũ, col.iiij.vers.vij.ff.de iurisc.

70 testatur esse cõem opinionem.† Nec obmit to quod talis sig̃natoria, h̃ri debet ac si esset petitorum s̃nia , quæ adhibitus petitoribus contrarium dicentibus,ẽt post t̃ps datum ad appellandũ retractari potest.Bal.& Alex.in l.ab hostibus,§.si vir.ff.sol.matr.idẽ Bal.in l. si q̃s testibus in fi.C.de test.Ang.in l.ꝙ si no lit.§. si mancipiũ,ff.de edil.edi. cano. magis cõiter in c. proposuisti de ꝓbatio. vbi Dec. in vj.col.dicit ꝙ ita cõiter tenetur per doct. & hanc testatur cõem fore opinionem , idẽ Dec.in cons.cclxxviij.non leuis in fi.col. in ij.lib.& ideo cautela est vt nõ possit retracta ri declaratio,seu significatoria dicto℞ calcu lato℞ quod confirmetur per iudicem, iuxta tex.in d.l.ij.C.de iur.fi. & ita in facti contin gentia consultus eximius V.I.D.do. Andr. Matth. de Sarno de S. Seuerino oriũdus ex casali Fisciani dictæ terræ S. Seuerini dicebat (q̃ fuit vir optimæ sciẽtiæ,& obijt in an no M.CCCLXVIII.) ad vnũ t̃n aduertẽdũ esse puto videlicet ad intellectũ l.ij.C.de iu. fi. lib.x. q̃a vt puto nõ ita g̃naliter intelligi debet (vt dicit Dec.& præfactus mag.Andr. Matth.)& ꝓ vera intelligẽtia illius tex.præ mittendum est ꝙ tabularij de quibus loquit̃ ille tex. primitus appellabant̃ numerarij, vt C.de nu.50.nulli li.x.& isti tabularij seu nu merarij militabãt cũ susceptoribus destinatis ad exigendũ debita fiscalia,vt in l. duos , C.de susc.eo.lib.& solũ debebant eisdem su sceptoribus ingerere, & denũciare modũ,& q̃titatẽ debito℞,nõ aũt poterãt recipere ade bitoribus rõnẽ eo.ti.de nu.50.ij.nec poterãt ꝯdẽnare,vel absoluere, euenit mõ ĩ terminis illius l.ij.ꝙ q̃dã tabularij q̃ accedebãtvnã cũ susceptoribus exegerũt cõputũ à rõnis à nõ nullis debitorib.& ipsos liberauerũt, fuit er go q̃sitũ an talis cõputatio,& liberatio obti neat instar rei iudicate,& fuit dictum q̃d nõ (vt ibi) nisi fuerit approbata ꝑ ꝓcuratorem Cæs.& rõ est licet ibi nõ dicat,ex quo illi ta bulari, nõ poterãt hoc facere,cum offm̃ eorũ erat solũmodo denũciare susceptoribus , q̃s nã esset debitor fisci, & in qua summa,& in alio nõ poterãt se itromittere,vnde nimi rum si ibi dicat̃ instar rei iudicatæ nõ obtinere talis cõputatio,absolutio,seu ꝯdẽnatio & sic meo iudicio male allegat̃ ille text. ad hoc,&talis itellectus est de mẽte Luc.de pe. in d.l.ij.in prin.&ꝑ ꝯñs dubiũ restat si fuerit reddita rõ ꝑ aliquẽ mercato℞,& in cõputatione ipsius fuerũt electi de volũtate ambarũ partiũ vel ꝑ iudicẽ,aliq̃ calculatores q̃ deberẽt reuidere rõnes cũ p̃tãte liberãdi, signi ficãdi,seu ꝯdẽnãdi, cui voto,& s̃niæ promiserunt stare cum iuro,& non contrauenire, & demum sit secuta liberatio,seu ꝯdẽnatio, an amplius dici põt de errore calculi , & in hoc prima facie rep̃io Bar.in d.l.ij.nu.11.q̃ tangit q̃õnem calculatores sunt electi ꝑ iudicẽ , & dicit q̃d calculatio ꝑ eos facta facit plenã probationem, & p̃textu erroris vsque ad s̃niam retractari potest, & sic dicit quod facit ꝓbationem,&nõ aũt dicit ꝙ habet exe cutionẽ paratam,& hoc ideo ṽr quia in terminis q̃õnis Bar.non fuerunt electi vt decidãt,sed vt calculent t̃m,alias si essent electi , vt calculent,& decidant cum ampla p̃tãte ṽr tunc dici posse quod eo℞ calculatio,absolu tio, seu condemnatio h̃ret executionem pa ratã,vt sentit idem Bar.in d.l.ij.nu.12. & an error calculi possit allegari post s̃niam,&q̃ñ dicatur res iudicata , & an ꝓꝑ mendacium q̃s puniatur, vt non possit opponere errorẽ calculi vide pulchre ꝑ Paul.de Cast. in ꝯs.x. in ij. parte incip. in casu p̃nti si quæritur in

71 varijs.† Sed à prædictis illud non à longe ṽr an facto calculo,& saldatis rõnibus, & secu ta quietatione generali, possit peti quod ite

rum reddatur cõpotus?& vr̃ quod nõ, ꝓ doc. Bar.in alleg.l.ij.in vlt.col.C.de iur.n.lib.x. vbi dicit quod si calculatio, & cõputatio est facta,à partib.&continet pactũ,vel trãsactionem gñalem,vel spãlem,facit ꝑiudicium,allegat,l.emptor,§.lucius, ff.de pac.& l.si qdẽ, C.de transf.&sequi vñr Mod.in d.l.vnica,C. de err.calc.sed aduertendum est magistraliter ꝓut tradit Bart.in l.Aurelio,§.Gaius,ff. de lib.leg.quod aut arguitur dolus eius q ad ministrauit vt factor alicuius,& obtinuit qetationẽ gñalem & ei cuius dolus arguit aliquid adest,qa apparẽt aliqua in eius manib. ꝓuenisse,& ꝙ multa nõ posuit in introitu q̃ ponere debebat,& tũc gñalis qetatio, & remissio ad istũ dolũ nõ extẽditur.nec ꝑ illam talis dolus ptũs remissus cẽset, nisi exp̃sse sit facta metio doli,l.lucius, ff.de lib.leg.aut,ei nihil adest,& tũc gñalis qetatio obstat, quo minus amplius calculus reuideatur, & hanc dist.approbat Fulg.& Mod.in l. actione,C. de transf.& Bal.Ang.& Paul.de cast.& alij in l.si vnus,§.illud nulla, ff.de pac.& ꝓuatur ex not.per Bar.Ang.& Mod.in l.tres frẽs, ff.de pact.nã qñ factori seu socio aliqd adest,dolus hẽt cãm permanẽtem,& durat tp̃e quietationis,ſm Bal.in l.sub prętextu in vltimis verbis, C.de transf.vñ si inest quietationi dolus, talis liberatio censeẽ dolo extorta, quo casu liberatio ẽt iurata non sortitur effectũ vt d.Paul.de cast.in conf.ccc.citat gl.no.in l. iij.§.j.ff.de contr.iu.tut.& sic concluditur ꝙ cum liberatio sit dolose extorta, & rõ non sufficiẽter reddita,iteꝶ reddi debet,& in hac rõnis redditione,peti põt ꝙ libri exhibeanẽ, & exhiberi debẽt.iuxta no.ꝑ Bar.in l.fi.§.inter cetera,ff.de lib.leg.& per Bal.in l.cũ test. C.de test.ma. & tales libri debent edi taliter ꝙ in eis clare appareant data, & accepta, introitus,& exitus,l.j.§.offõ & ibi Iac.de Are. Bart. & alij,ff.de tut.& rõ.distr. & sigillatim oĩa debent scribi in talibus libris,& non in summa.arg.l.cum seruus,ff.de cond.& dem. &consuluit Bar.conf.cl.inci.cum p̃dicta examinarem in fi.vbi signãter declarat librũ rõnum debere esse taliter cõpositũ, ꝙ in eo singulariter oĩa inferanẽ,videlicet ex tali fundo tñ,à tali colono tñ,tali anno , non aũt debet res scribi in gñe,& hoc vt reperiri possit veritas,vel falsitas.citat tex.in l.antepen.ff.de cõd.& dem.si vero apparuerit non legitime confecisse librum & pro vt tenebatur,arguitur ipsius dolus , vt est casus in d.§.offõ quo casu talis quietatio gñalis non censetur ꝑiudicare,quin , iteꝶ peti possit quod rõ reddaẽ (vt prædictũ est)ↄsuluit pulchre Bar.Soc.in consi.clix.& in conf.cxc.in ij.lib.vbi plenissime, & ita alias in facto cõsultus mag. Ioan. bap.Mapheus. V. I. D. de Salerno mihi co-

72 gnatus honorãdus rñdidit.† Nunqd mulier in foro mercatoꝶ possit interuenire vt ꝓcuratrix?Ias.in alienam, C.de ꝓc.nu.4.cũ seq. dicit ꝙ sic per rõnes de qb. per eum,sed nouissime repio Benue. strac.in trac.de merca. in vlt. ꝑte nu.1.q dicit oppositũ tenendum fore, ea potissima rõne, quia nõ ꝓhibẽdi ne mulieres cõtra pudicitiã sexui ↄgruẽtẽ alienis causis se immisceãt,ne virilib.officijs fungãtur,vt lege acaia affrania, cauatur,in oĩ foro ẽt mercatoꝶ militare vr̃ , quo casu idem iuris esse debet, sed qdqd ipse dicat, licet satis dilatet fimbrias suas ↄtrarium esse tenendum dico,adhęrendo primę opinioni,q̃ fuit etiam Ant.de Alex.in d.l.alienam & ita tenẽdum ẽt dixit Dec.in l.fœminæ, ff.de reg.iur. nu.16.& seqtur Tiraq.in tract.de leg. cõnubia.in verbo ↄtractet in gl.iij. f.154. nu.160 & idem repetit Dec.in c.cum dilecta de ↄfir. vti.vel inut.& sic ab opinione tantoꝶ ꝑrum

73 minime dissentiendũ est. †Sed qa oppositis exceptionibus solet fieri litis contest.ad quã fieri faciẽdum satis auidi & prompti vñr magistri nundinarum, ꝑ lucrum trigesimæ, vt fieri assolet innũdinis ciuitatis Salerni iccirco aliqua de ijs disseramus , & primo sciẽdũ est trigesimũ exigi,& deberi quotiescunque aliqd petiẽ,&facta est litis contest.per verbũ negatiuũ,demũ postea subsequitur,ꝓbõ eius quod negatũ est, eo et.n.casu trigesimã exigendã putauit Affl.in const.Regię maiest.& in const.ↄstõnum sub ti.de triges.& sal.offi. in 1.nu.& exigitur potius ꝑꝑ mendacium,q̃ pro iure salarij magistri nundinaꝶ , vt ibi ꝑ

74 eum. † Nec alienũ est scire per quẽ solui debeat trigesima ista , in quo ego vidi seruari in nundinis ꝙ facta litis contest.per verbum negatiuũ trigesima soluiẽ perambas ꝑtes , & demũ datur terminus ad ꝓbãdum, & secuta postea ꝓbatione eius ꝙ negatũ extitit, ↄdẽnaẽ negãs,q restituet partem xxx.quã soluit actor , & sic licet à principio soluaẽ ꝑ ambas ꝑtes,tñ in effectu soluit tota ꝑ negantẽ,licet velit indistincte solui ꝑ vtranq; ꝑtẽ text.in const.inc.cũ circa iustitiæ,tñ aduersaẽ tex.in const.

const.inc.cstõnum de tri. & sa.off. dum vult solui debere ab eo qui reportauit sñiam cõtra, tñ Affl.in d. const. cstõnum in v.no.approbat dictam csuetudinem, quem ego dixi seruari in nũdinis Salerni, concordando dictas cstões, quæ vñr aduersari, vt à princip. soluatur per ambas partes, tñ in effectu soluet totã ille qui reportauit sñiam contra se.
75 †Exigi tñ trigesimam facta litis contestatione, inquit Affl.in const.cstõnum in vj. no.licet ibi pro & contra arguat, tñ ita semp ser uari suo tpe vidisse testatur, & ita in nundi-
76 nis Salerni semper seruatũ vidi. †Soluitur ẽt trigesima, ne dum vbi pecunia, vel res mobilis petitur, sed ẽt si res imobilis iudicio petitorio petat, pro qua soluẽda res illa q̃ petit iudicis offõ extimari debet, à pitis in arte, vt in auth.de non alie.§.quod aũt p Ang.& de illa extimatiõe debet solui trigesima, vt pulchre, inqt Affl.in supra alleg.cst.cstõnũ iiij.
77 no.†Sed finge aliquẽ citatũ debitorẽ se esse fateri, & p iudicem ei fieri pceptũ, quod soluat, q appellauit, quod potest, (vt hr in l.aut ptor.§.non solum, ff.de min.) vel aliter distulit soluere, an eo casu debeat trigesima? And.de Iser.in d.const.cstõnum, & Affl.ibi: in ij.q.dñt quod solui debet eo casu trigesima ego tñ in nundinis ciuitatis Salerni vidi contrariũ seruari, & solum exigi trigesimã qñ negatur debitum, at secus si fatetur conuẽtus, & certe id qđ dñt Iser.& Afflict.aduersat ei quod dixit Affl.in eadem cst.cstõnum vt supra dixi, q trigesima potius soluit pp mendacium q̃ pp salarium officialium, & sic non dato mendacio trigesima nõ soluit.
78 †Nec tm̃ solui trigesimam qñ præcessit negatio, & subsequitur pbatio creda, sed & tũc soluendam esse ẽt dixit Affl.in d.cst.cstõnũ in vij.no. qñ post negationem partes transigunt, quod approbatum vidi per consuetu-
79 dinem in nundinis ciuitatis Salerni. †Et si alimẽta peti pponas adhuc trigesima debebitur, & fit extimatio, sm tex. in l.hereditatũ, ff.ad l.fal.& ita dicit Affl.in cst.cum circa iustitiæ, de ord.iud.in xiiij.no.vers.Itẽ qro.
80 †Eximũtur tñ à solutione trigesimæ pauperes, viduæ, & miserabiles psonæ, vt notatum reliquit Affl.in cst.lege præsenti in nono no.de dã.aduoc. pu.&c. & hæc hactenus
81 de trigesima. †Sequitur vt videamus de termini datione, q solet dari post litis contest. & cum instantia in nundinis sit breuissima x. vel xx.dierum, terminus ẽt breuis dari adsolet, quod fieri posse inquit Spec. in tit. de dilat.vers.sed pone quod causa, & ibi approbat Bal.in add.vers.vbi tps, ex causa.n.breuẽ dilationem dari posse, nec per eũ supplendã fore scripsit Cast.in l.ti.ff.de fer. minime.n. consentaneum vr instantiam causæ per dilationes absorberi auctore Inno.in c.de causis de off.del.& Alex.in l.ij.ff.de app.re.ad fi. p quo plene p Pan.i c. dilecti filij extra de dil.
82 †Et licet breuem dari dilationẽ constitutũ sit, si tñ offeruntur probationes, & testes de longinquo, condecens est dari dilationes cõpetentes sm distantiam locorum, illo non obstante (quod instantia causæ in plus non se extendat) per ea quæ congerit Affl.in decis.124.inc.ecce datus est terminus, & ita de
83 facto seruatum vidi. †Sed finge datum fuisse terminum ad probandũ qui elapsus est, neutra partium aliquid probauit, nunqd ad instantiam actoris sit reintegrandus qđ negat. Cap. in decis.lxxxij.in princ.in foro tñ mercatorũ contrariũ credo seruandum, cum & ibi de bono & æquo procedi sæpe relatũ extat, & mercatores dũ peregrinantur mise-
84 rabiles personæ appellantur. †Sed an testes pduci possint post didicita testificata i foro mercatorũ? dissentit Par.in lib.sind.in verbo snĩa vers. vtrum iudex qui p vim v.col. vers.
85 tñ non poterunt. †Nunquid acta, & sententia de nocte lata valeant in eo foro? & indubitanter tenendum puto quod sic, per quæ no.doct.in l.non minorem, C.de transf.maxime, quia iurisdictio est tempore peritura, & hæc hactenus. Petrus Follerius.

De litis contestatione, decimo membro iudicij.

1 *Litis contestatio dicitur lapis angularis iudicij, & non potest obmitti de iure communi.*
2 *Litis contestatio non requiritur in causis ciuilibus in regno, sed actus, qui immediate sequitur, habet vim litis contestationis.*
3 *Litis contestatio, quid sit.*
4 *Litis contestationis diffinitio vltra auctorem.*
5 *Litis contest. qualiter, & per quæ verba fiat.*
6 *Litis contestatio non inducitur per exceptionem peremptoriam oppositam.*
7 *Litis contestatio fit etiam per verbum, ignoro.*
8 *Litis contestatio non potest fieri in iudicio ab-*

sente actore.

9 *Litem contestari quis potest præcise compelli.*

10 *Litem contestare nolens qualiter cogetur. & numero 11.*

12 *Lis possit haberi pro contestata.*

13 *Litem contestate, ex quibus causis, quis non cogatur & nu. 14*

15 *Litis contestationis qui sint effectus.*

16 *Protestatio, quod non animo contestandi litem quis respondet, an impediat litem contestari.*

DECIMVM & vltimũ mẽbrũ huius primę ptis iudicij, est litis ptestatio. 1 †Nam postq̃ est disputatum de istis pparatorijs iudicior̃, cõgruum est, q̃d iudex procedat ad vlteriora, videlicet ad litis cõtestationem, superqua radicatur totum iudiciũ. Dicitur. n. lapis angularis totius iudicij, s̃m Bal. in c. j. col. j. de litis contest. & de iure cõi, est vnum de substãtialibus iudicij, adeo quod si obmittatur, vitiat totum pcessum, vt tenet gl. in c. dudum. el ij. de elect. & hr̃ per Bar. & doct. in l. j. prolatam, C. de sent. & Car. in cle. sæpe, in prin. in iiij. opp. de ver. sig. sed in causis summarijs non requirit, s̃m Card. ibidẽ. 2 † vñ hodie in regno cum oẽs causæ ciuiles & mistæ, sint summariæ ex forma regiæ prag. primæ, &c. detestantes. põt obmitti lit. contest. & valet processus, quia oia subalia iudicij sunt sublata, & solum attẽditur mera dispõ iurisgẽtiũ, & ad solas pbõnes respicitur, quo casu ille primus actus qui solet imediate fieri post litis ptestõnem in causis, in quibus lis ptestat̃ hẽt vim litis contestationis in causis in quibus lis non ptestatur, videlicet, eoipso, quod iudex ĩcipit cognoscere de meritis causæ, ita tenet Lud. Rom. in consf. clxiiij. col. ij. & Bar. & Bal. in l. nulla, & in l. nihil, C. de pc. & Car. in cle. pstõnem, §. fi. in fi. de elect. & Abb. in c. insinuãte, in fi. de offi. deleg. & Fel. in c. olim de accu. & in c. exceptionẽ, col. v. versic. iij. intellige, etc. de except. & Paris in tract. sind. in vers. snĩa, col. iiij. Super hac tñ materia tãgam br̃ quatuor q. Primo, q̃d sit litis ptestõ. Secundo, per quæ verba fiat. Tertio, an possit quis ad eam præcise cõpelli. Quarto, quis sit eius effectus. 3 † Quæro igitur primo, q̃d sit litis contestatio, dic br̃, quod litis ptestõ, est principalis negocij apud cõpetentem iudicem facta narratio, & ad eam secuta rñsio. Ita colligitur ex c. j. de litis contestat. & c. dudum, el ij. de lect. & c. prout. de dæl. & ptu. etc. cum causam, de iur. calum. & not. Spec. in ti. de litis contest. it. §. j.

4 † ADDITIO Hec diffõ nõ est bona, quia per positiones & rñsiones narrat̃ hincinde negocium coram iudice & rñdetur & tñ non fit litis contestatio, quare Mar. Soc. in rub. extra vt lit. non contest. dicit q̃ quædam est litis contestõ propria & expssa, quædam tacita q̃ fit per pcessum adulteriora, ppria & expressa describit, quod est actus iudiciarius per quẽ iudicio ordinario, vel arbitrarij iudicij instar hñte, facta narratione & petitione expressa vel inclusa, negocij principalis in scriptis per actorẽ coram cõpetenti iudice pro tribunali sedente, vel arbitro ipso, maxime iudice vel parte interrogãte, seu pte intentione sua insistente, reus respondet negando, vel confitendo, vel p verba æqpollentia ad litis cõtestationem cõuenientia ipsius litis, &c. Pet. Foll. V. I. D.

5 † Secundo q̃ro, p quæ verba fiat litis contestatio, & qualiter dic, quod fit per negationẽ vel per pfessionem, vel pverbum dubitatiuũ videlicet, ignoro, fit. n. primo per negationẽ qñ reus in iudicio negat simpliciter narrata per actorem, s̃m Bart. in l. j. C. de litis cõtest. & in l. si dubitetur §. ita demũ. ff. de fideius. & cõis practica contestandi litem est, vt reus dicat posita, prout ponũtur, & narrata, put narrantur vera non esse, saluis iuribus, & defensionibus suis, suo loco & tpe producendis, etc. & ista verba sunt magni effectus, q̃a reus ita rñdens non potest incurrere pœnam negantium, de qua hr̃ in l. fi. ff. de rei vend. & l. contra negantẽ, C. ad legem aquil. & in alijs similibus legibus, sicut pateret, qñ simpliciter negaret, s̃m Bar. in l. si dubitetur, §. ita demum. quem ibi seq̃tur Ioã. de Imo. & Paul. de Cast. & idem Imo. & in l. sed hoc ita ff. de re iud. & Alex. in l. etiam, §. licet, col. ff. solu. mat. & Ias. in l. eum qui, col. iiij. ff. de iureiu. vbi dicit hanc opin. esse veriorem, licet cõtrarium & male teneat Fel. in c. ceterum, col. vij. de iud. Inducitur etiam litis contestatio non solum negando, sed ẽt per verbũ dubitatiuum credulitatis, puta si reus dicit, non credo narrata vera esse, s̃m Bald. in l. si debitor, ff. de pet. her. Pro hoc est gl. in c. cum ad sedẽ in vers. credere, de rest. spol. & Abb. in c. j. & ibi etiam Fel. in fi. col. de litis contest. & Bal.

in l.iij.C.qui.ad lib.procla.non licet.Item, inducitur litis contestatio,ēt si reus dicat, tu mentiris per gulam, ſm Bal.in l.turpia.ff.de leg.j.fit etiam litis contestatio per confessionē,vt plenè tradit Fel.in c.j.col.j.in fi.& seq. de lit.contest.& dic vt ibi per eum,& And.de Iser.in const.quæ incipit, regiæ maiest.& in

6 const.constōnum.† An aūt per oppōnem exceptionis peremptoriæ inducatur litis cōtestatio , vide Pet.Phil.Corn.tenentem,q nō, in cons.cccxxij.in j.vol.& cons.ccxliiij.col.j. circa fi.in iij.vol.& Bal.in l.rem nō nouā,C. de iud.de quo vide Bar.& Bald.& doct.in l.j.

7 de lit.contest. † Fit ēt litis contestatio, per verbum ignoro,& ita cōiter seruatur, qn̄ fit litis contestatio per pcuratores vel heredes, & alios, qui iustam ptendunt ignorantiam in facto alieno,l.quanq̄,ff.ad Velleia.& Bar. in lege qui in alterius, ff.de reg.iur.& Bart. in l.si quis inficiatus,ff.depo.& vide plenè de hac materia.Spec.in tit.de litis contest.§.ij.

8 † An aūt possit fieri litis contestatio in iudicio abs̄te actore,& sic absente parte?dic q non:quia lit.contest.dr̄ quasi simul testatio, & ideo ambæ partes debent esse pn̄tes in iudicio, ſm Bal.in l.j.col.ij.C.de litis contest.

9 † Tertio quæro,an possit quis præcise compelli ad litem contest.dic quod cōis pclusio est,quod sic ? quia cum sit actus iudiciarius, & iudicium redditur in inuitum , l.inter stipulantem.§.j.ff.de verb.oblig.potest reus inuitus compelli captis pignoribus & etiam p detentionem psonæ.ita tenet Bal.in d.l.j.in v.q.C.de lit.ptest.& Alex.in l.si finita, §.iul. col.x.ff.de dāno infect.& Franc.de Are.in l. qui in aliena,§.si.col.pen.ff.de acq.her.

10 ADDITIO †Quid.n.si reus noluerit litem pteſtare qualiter coget & quod erit remedium ? dicas quod pōt multari vel excōicari , vel actor mittit in possessionem cā rei seruandæ ex primo decreto,c.j.& c.tuæ extra vi lit.non contest.& ibi glo.& tradit Cyn.&

11 ibi Bal.in l.j.C.de lit.contest.in v.q. † Et si reus est præsens & iussus litem cōtestare denegat iudex sibi pcipere vt litem habeat cōtestare infra certū terminū,& si adhuc persistit in non contestando litē,procedit contra eum si fuisset absens.i.vt pp eius inobedientiam procedatur ad missionem ex primo decreto,ſm glo.in authen.qui semel,C.qūo & qn̄ iu.& ibi Bar.vbi dicit quod si iudex præcipit parti quod habeat litem contestare , si recedit absque contestatione litis,poterit cōtra eum interponi primum decretū absque alia citatione,quia eo ipso quod apparet qđ non defendit,cēsetur ptumax,vt in tex.& gl.

12 d.auth.q semel & ibi Bar.& Cyn.†Nec pōt declarari quod lis habeat pro ptestata si reus noluerit cōtestare litem(vt aliqui minus docti faciunt)qa ad litis ptestationem opus est facto,extra vt lit.non contest.per totū & requirit lit.contest.verbo℞ expressionem, l.rē non nouā,§.pfoni , C.de iud.& vbi opus est expressione verbo℞,nō sufficit alius actus,l. j.§.ecōtra,ff.de verb.obl.adeo quod nec etiā pōt præcipi reo quod hēat litem contestare alias quod habeatur pro cōfesso,ſm do.Anto.in rub.extra vt lit.non contest.& Cyn.in l.j.C.de lit.cōtest.in q.vij. & ita ēt tenet Io. de Imo.in d.rubr.& pro hoc facit c.j.& ij.vt lit.non contest.vbi reus pn̄s sæpe fuit iussus vt rn̄deret libello & nunq̄ voluit rn̄dere , & tn̄ per hoc non potuit procedi ad vlteriora ac si lis esset ficte contestata , imò ibi irritat̄ pcessus tanquam factus lite non contestata & late hr̄ in rub.de lit.contest.per Mar.Soc. nu.12.hodie autem in regno quia lis nō cōtestatur de necessitate vt supra per d.auct.vidi semper practicari quod reo nolente contestare litem datur terminus ad probādum ac si lis esset contestata,ego tn̄ dubito de hac cōi practica qn̄ electa est via ordinaria (vt quia actor petijt litem contestari)& reus noluerit,quia tunc credo quod opus est cōtesta

13 tione litis. † Quæ nam sunt causæ qbus excusabitur reus à non ptestando litē ? In quo dicendū est quod primo excusabitur si reus est dubius,l.iij.§.si is q nescit, ff.de lib.hon. exhi.& no.ī l.fi.§.hoc idē,C.de iure deli.qđ est ve℞ nō dato interuallo ad deliberādum, vt in auth.offerat̄, C.de lit.contest.& si non pōt deliberare debet fieri lit.cōtest. p verbū credit vel nō credit per not.in c.cū ad sedem de rest.spol.vel per verbū nō præsumo, vt in

14 c.quosdā extra de præsum. † Secūdo excusatur si forte reus pposuisset exceptiones declinatorias vel dilatorias,& istat q an̄ oīa de ipsis cognoscat qm̄ oēs except.dilatoriæ ipediūt lit.ptest.vt d.Ang.in l.vir bonus, ff.iud. sol.& debet iudex de ipsis an̄ oia cognoscere,nec pōt iudex mādare reo q habeat contestare litē saluis exceptionibus , si ipse reus ptradicit,cū non sit pstitutū in eius arbitrio, sed ipsarum exceptionū extimationis tēpus

est à iure specialiter diffinitum c. inter monasteriũ extra de re iud. de quo plenè ꝑ Maria. Soc. in d. rubr. nu. 14. & ibi ẽt videas qualiter exceptiones sunt opponendæ vt impediatur litis ingressus, & contestatio litis nu. 47. versic. ij. principaliter quæro. Pet. Fol. V.I.D.

15 †Quarto q̃ro, quis sit litis contestationis effectus. Dic quod multi sunt, & inter alios sunt isti, videlicet primo, q a p̃cludit vias opponendi dilatorias l. Põponius, §. rati. ff. de ꝑc. & c. inter monasterium de re iud. Secũdo quia perpetuat actionem, vt no. plenè Alex. & doct. in l. si eum, §. qui iniuriaꝵ, ff. si quis caut. ꝑ hoc est tex. in l. ordinata in prin. ff. de lib. cau. Tertio, quia constituit aduersarium in mala fide, quantum ad fructus, l. certum, & l. moræ, C. de rei vend. & Bar. in l. litigator, C. de fruct. & lit. exp. Quarto, quia constituit in mora, ẜm Alex. in cons. xlviij. col. fi. in iiij. vol. & maxime in his, quæ debentur offõ iudicis, l. cum postulassem, ff. de damn. inf. Quinto, quia operetur, vt possit procedi ad diffinitiuam sententiam de iure cõi, ad quam sine ea procedi non potest, vt in §. si vero etiam, auth. de exhib. reis. licet hodie in regno non requiratur in causis ciuilibus, vt pluries fuit dictũ supra. Sexto, operat̃ interruptionem p̃scriptionis, vt d. l. moræ, C. de rei vend. & l. sicut, & ibi Bal. C. de præsc. xxx. ann. & not. plenè in l. naturaliter, ff. de vsucap. multos alios operatur effectus, de q. bus remitto me ad dicta per Spec. in tit. de li

16 tis contest. §. pen. & fi. †Vltimo moueo hic vnum dubium, quod sæpius in facto euenit. Aliquis r̃ndet libello cum protestatione, quod non aĩo litem contestandi, & c. an talis protestatio aliquid operetur. s. vt lis non habeatur pro cõtestata, si vtitur talibus verbis, per quæ alias induceretur litis contestatio? Cõis conclusio est, quod lis non sit contestata, & quod talis protestatio releuet, nisi iudex prius iusserit litem contestari, nam tunc cum simus in casu necessario, protestatio nihil releuat l. alimenta, C. de neg. gest. ita tenet Franc. de Are. in l. qui in aliena, §. fi. col. pen. ff. de acq. her. & Alex. in ꝯsil. xlij. col. ij. in fi. in iiij. vol. & Abb. in c. j. col. viij. & ibi etiam Fel. in ij. col. de litis contest. & vide Bart. & Bal. in l. j. C. de lit. contest. Et per hęc sit expedita ista prima pars iudicij. Veniamus ad secundam partẽ principalem. Laus Deo. Rob. Mar. Venus. V. I. D.

Ad secundam iudicij partem præfactio.

EXPEDITA prima parte iudicij quę durat vsque ad litis contestationem inclusiue, ꝯñs est sequendo ordinem propositum, vt aggrediamur secundam partem, quæ durat a litis contestatione, vsque ad conclusionem in causa inclusiue, vt dixi in principio huius sexte partis. Et in ista secunda parte licet plures actus cõsiderari possint declarabo tamẽ super ea sexdecim actus principaliores, qui solent in hac secunda parte in iudicijs ventilari. Et sunt isti, videlicet, iuramentum calumniæ, compromissum, dilatio, seu terminus ad probandum, positio, siue articulus, confessio, testium productio, interrogatorum, instrumentorum productio, iuramentum, actorum editio, publicatio, accusatio incidens, repulsa, tortura, conclusio allegatio, seu disputatio, de quibus singulis dispiciamus.

De iuramento.

1 ☞ *Iuratur de calumnia, facta litis contesta tã per actorem, quàm per reum.*
2 *Iuramentum calumniæ potest tacite obmitti de consensu partium.*
3 *Iuramentum calumniæ exigitur etiam post conclusum in causa.*
4 *Iuramentum in calumniæ, an præstetur in causa criminali, remissiue.*
5 *In his quæ emergunt ante lit. contest. in qualibet exceptione, iuratur de calumnia.*
6 *Actor non iurans de calũnia cadit ab actione reus vero nolens iurare, habetur pro confesso.*
7 *Iuramentum calumniæ in quo differat à iuramento malitiæ, & veritatis.*
8 *Procurator an iuret de calumnia, & qualiter.*
9 *Iuramentum calumniæ præstatur in causa appellationis.*
10 *Iuramentum calumniæ, quid comprehendat.*
11 *Iuramentum calumniæ hodie vno obolo nõ æstimatur, & litigantes potius iurant de calumnia committenda, quàm vitanda.*
12 *Iuramentum calumniæ excusat à tacita, et præsumpta calumnia, non autem ab euidenti.*
13 *Committens calumniam, etiam in causa ciuili potest criminaliter accusari finita causa.*

Primus

RIMVS actus qui sequi solet in iudicijs, post litis ↄtestationem, est iurm cal.† Nā
1 facta litis ↄtestatione iurat de calūnia, tam per actorē, quam per reum, c. cum causam, in fi. de iur. cal. c. dudum, el ij. de ele. & no. Spec. in tit. de
2 iur. cal. §. j. in prin.† quod iurm adeo substantiale iudicij, quod non potest per partes expresse remitti, & si obmittetur, processus esset ipso iure nullus, l. ij. §. sed quia veremur, & ibi Bar. Bal. & doct. C. de iur. cal. tacite aūt obmitti potest, & valet ꝓcessus, vt quia iurm non fuit exactum ab altera partium, & sic nō fuit iuratum in toto processu, quo casu censetur tacite obmissum, quod fieri pōt, vt est tex. in c. j. de iur. cal. lib. vj. & tenet And. de Iser. in ↄst. lite legitime, col. j. & in ↄst. vni-
3 uersos.† Istud aūt iurm calumniæ pōt exigi per iudicem in quacunque parte iudicij, ēt post conclusum in causa, ₰m Bal. in l. j. circa fi. vers. sed nunquid, C. de iur. cal. per d. c. j. ex
4 tra eo. lib. vj.† & an pstetur in causa crimina
5 li, declarat Bal. in d. l. j.† Item in his, q̄ emergunt ante litem cōtest. in qualibet exceptione, iuratur de calumnia, ₰m Bart. in authen.
6 hoc sacr̄m, C. de iur. cal. † & si actor nō vult iurare, cadit ab actione sua. Reus vero nolēs iurare, hr̄ pro confesso l. ij. §. quod si actor, & ibi Bar. C. de iur. cal. & Spec. eo. tit. in, §. su
7 perest in prin.† In quo aūt differat iurm calumnię, à iurō malitiæ, & iurō veritatis, vide Spec. eo. ti. §. j. col. ij. & iij. & est tex. cū gl. in
8 c. ij. de iura. cal. lib. vj.† An aūt procurator iuret de calumnia, & qualiter? dic ꝙ tenetur iurare nomine proprio, & si habet speciale mādatum, iurabit ēt pro dn̄o, alias sine speciali mandato nō iurat, sed principalis iurare debet. Verum qn̄ procurator iurat proprio nomine, iurabit in animam suam, sed ꝙ iurat pro dn̄o iurabit in aīam constituentis. ita hæc oīa declarant Bart. & cōiter doct. in l. ij. §. fi. C. de iur. cal. & hr̄ plenè per Spec. eo. tit. §. restat. vbi ponit oēs personas, quæ alieno
9 nomine iurant. † Sed quid in causa appellationis, an sit in ea iurandum de calumnia? Dic, quod sic, ēt si in principali causa iuratū fuerit tex. est in c. ij. in prin. de iur. cal. lib. vj.
10 † Quid aūt comprehendat hoc iurm calumniæ? dic, quod multa. Primo. n. quod actor credit se iuste petere, & nō calumniose. Itē, quod rn̄debit veritatem super oībus, de quibus interrogabitur. Tertio, quod non vtetur falsa probatione. Quarto, quod non corrūpet iudicē nec tabellionem. Quinto, qđ calūniosam dilationem nō petet, vt no. Spec. i tit. de iur. cal. §. nunc dicamus in prin. & tāgitur aliquid ꝑ Bar. & doct. in auth. principales C. eo. tit. Et similiter potes extēdere in reo.
11 † dicit tn̄ notabiliter Bal. in l. si potest. C. de euict. quod istud iurm cal. hodie non æstimatur vno obolo, q̄a facti sumus contēptores Dei, & religionis eius, vnde ego puto, ꝙ litigatores nr̄i tp̄is potius iurant de calūnia cōmittenda quam vitanda, & ideo melius esset, quod istud iurm ex toto tolleretur à iudicio, causa vitādi tot periuria, non obstāte, quod hoc iurm sit inuentum ob publicā vtilitatem, ne veritas occultetur, vt d. l. ij. §. sed quia veremur tn̄ istud parum curant iurātes argō illius dicti ꝑ poëtam Aquinatē. Quid
12 enim saluis infamia nummi &c.† Operatur aūt hoc iurm, vt quis excusatur à tacita & ꝓsumpta calumnia, non aūt ab euidenti, & expressa, ₰m Bart. in l. si quis, §. stellion. ff. ad Turp. & Bal. i l. si tibi, C. de lib. cau. & Alex.
13 in l. ait prætor in princ. ff. de ireiur.† Hinc est, quod committens calumniam ēt in causa ciuili, potest criminaliter accusari finita causa, vt no. gl. in l. & in priuatis, ff. ad Turp. & Bal. in d. l. si tibi. Vnde si calumnia est euidens, non excusatur per iuramentum, alias sic. secundùm Bal. ibi. Rob. Mar. V. I. D.

De compromisso.

1 ☞ *Compromittitur hodie in regno, inter coniunctos sanguine vel affinitate, vsque ad quartum gradum computantur secundum ius ciuile.*

2 *Compromissum, quòd sit inter affines ex forma statuti, habet locum etiam inter maritum, & vxorem, & inter sponsum, & sponsam, num. 3.*

4 *Compromissum ēt si millies expirat, millies debet renouari, quando à statuto inducatur. Et quid seruetur in regno, & an vltra bis fiat.*

5 *Compromissum, secundum pragmaticam an fiat inter consanguineos spurios, & nu. 20. 21.*

6 *Compromissum durat etiam post tempus pragmaticæ quando expirauit, quia pars petijt nimis longam dilationem.*

7 *Compromissum secundum pragmaticam regiā, etiam quando auctor laudatus est coniunctus licet principalis litigator coniunctos non sit.*

8 Proc

SECVNDVS actus, q solet qñque in iudicijs emergere
1 est, † cõpromissum. & loquor pcise pp regiam pragmaticam, q̃ viget in hoc regno, q̃ incipit, odia, p quam est cautũ, quod si litigãtes sunt coniũcti adinuicem p cõsanguinitatem, vel affinitatem vsq; ad quartũ gradum cõputandum ſm ius ciuile, debet iudex altera parte petẽte cõpellere ipsos litigãtes ad cõpromissum, vel℞ põt peti à principio litis vsq; ad dationẽ termini ,pbatorij, & nõ vltra, vt dr̃ in d. pragma. Et hac de cã ego posui hunc actum cõpromissi ante dationẽ termini, non tñ nego, qn ẽt potuerit poni supra in j. parte iudicij, & qm̃ istã mãm compromissi, & arbitro℞ tractaui aliquatenus supra in iiij. parte princ. h' tract. in xiiij. dist. & aliqui dicam infra in mã appell. in iij. parte iud. in j. q. princ. in ver. reductio. & in iiij. q. princ. vers. viij. limita, & c. ideo hic solum reseruo tangere materiam cõpromissi prout emergit in iudicio, & sic materiã dictæ regiæ pragma. & primo pono regulam, quæ sumitur ex d. pragma. quam supra dixi.
2 † Amplia primo, d. pragma. procedere ẽt inter maritum, & vxorem qui licet non sint affines, tñ principium, & causa affinitatis sunt, ita tenet Bal. i l. affinitatis, C. com. de succes.
3 † Secundo amplia, d. prag. procedere ẽt inter sponsum, & sponsam ita tenet Ias. in l. quod

Seruius,

4 Seruius,col.ij.ff.de cond.ob causam. † Tertio amplia, ēt si millies expiraret compromissum,millies dr̄et renouari,& iterū cōpromitti,ex quo d.prag.semper loquitur, ita ꝑ plura tenet Ias.in l.si quis ex argentarijs, §. ꝑtor ait,col.ij.ff.de eden.vbi ēt dicit, ꝙ hæc prag.est fauorabilis, idem tenet Alex.in ꝯs. 70.col.ij.in ij.vol.& Bal.in cons.487.in iiij. vol. Verū reperio,quod Matth.de Affl. insignis doct. Neap. in suis decis. sacri cons. in decis.46.vult ꝙ si bis factum fuit cōpromissum iuxta formam d.prag. & fuit bis expiratum, non debet vlterius altera parte inuita compromitti,& ita dicit fuisse pronunciatū in sacro cons.ponderando verba d.pragma. & certe si d.decis. hñr in regno pro authent. possumus dicere,ꝙ in regno sit correctū ius cōe in terminis d.prag. quia snīa sacri cons. fertur sub nomine regis, vnde habet vim legis ī hoc regno,l.fi.C.de leg. Alias aūt hr̄et illa decisio vim auctoritatis vnius doctoris, & essent ponderandæ rōnes,quibus mouet.

5 † Quarto amplia, procedere ēt inter consanguineos spurius, qn̄ agitur inter coniūctos ex parte matris.ita tenet Alex.in l.ex facto, §.si q̄s rogatus,col.xv.ff.ad Trebel.secus,ex parte partis,vt dicā infra in limitationibus.

6 † Quinto amplia,ēt si lapsum esset tp̄s pragmaticæ.f.trium mēsium,ex causa,quia altera pars petijt nimis longam dilationem ad producēdum testes, nam pōt tunc nihilominus causa decidi post tp̄s,& sic post tres mēses.ita tenet Alex.in cōs.72.col.j. in iij.vol.

7 † Sexto amplia,non solum,qn̄ principalis litigator est coniunctus, sed ēt qn̄ auctor est coniunctus,licet principalis sit extraneus,q̄a debet causa compromitti cum auctore laudato iudicium suscipiente, ita plenè hanc q. examinat Bart.in sua ij.disp.q̄ incipit: Pisanæ ciuitatis,&c.vbi ita concludit,& idē Bar.

8 in l.procurator.la ij.ff.rem ra.ha. † Septimo amplia,procedere ēt in tutore,& ꝓcuratore. Nam licet alias istæ personæ nō possint cōpromittere sine speciali mādato, l.trāsactionis,& ibi per oēs doc. C.de transact.tñ stante d.prag.pn̄t compromittere,qn̄ eorū principales sunt coniuncti. ex quo non faciunt hoc voluntariæ,sed ex necessitate statuti.ita concludunt Paul.de Cast.Bal.& Alex.in l.si plures,ff.de pact.& Ias.in d.l.transactionis, & Ang.in l.non solū, §.interdum,ff.de ꝓc.

9 † Octauo amplia procedere, ēt inter minores,s̄m Paul.de Cast.in l.nam, & postea.§.si

10 minor,ff.de iureiuran. † Nono amplia,ēt si extaret statutū,quod filius nō possit se obligare sine consensu patris,nam pōt nihilominus compromittere auctoritate d.pragm.ēt sine cōsensu patris, quia d.pragm.est magis specialis,quam illud statutum.ita tenet Bal. in l.fin.§.necessitate,col.iiij.vers. sed pone, duo sunt statuta,&c. C.de bo.q̄ lib. & Alex. in cons.29.col.j.in fi.vers.& expressius,&c.in

11 j.vol. † Et per hoc dico, ꝙ in regno est cōis obseruantia per ritum magnæ curiæ, quod mulieres Longobardo iure viuentes, non pn̄t contrahere sine consensu Mundualdi, nam si esset lis aliqua cū muliere coniuncta, puto quod dicta mulier posset cōpromittere,s̄m formam d.prag. ēt sine Mundualdo: per illud dictum Bald. quod est notandum.

ADDITIO Contrarium in indiuiduo firmatum reliquit Castren. in cōs.465. viso compromisso,col.j.lib.j.& Lanfran. in tract.de arb.in v.q.partis, & Tiraq.in tract. de leg.cōn.in verbo contracter, in gl.iij.nu. 190.in xix.q. Petrus Foll. V. I. D.

12 † Decimo amplia ꝓcedere, ēt si partes sint discordes in eligēdis arbitris, q̄a tunc iudex solus eligit,& fit cōpromissum,text.est in l. fi.§.electionē,C.de iud.& Bart.in l.in vend. §.fi.ff.de bo.aucto.iud.poss.& Bar.in l.j.§.ex hoc rescr.ff.de vent.insp.& Alex.in l.de die,

13 in prin.in ij.no.ff.qui satis.cog. † Istā pragmaticā sic ampliatam limita primo ꝓcedere, dūmodo compromissum petaī ab altera partiū,alias si nō petitur iudex,nō debet per se cōpellere partes ad cōpromissum,&qn̄ petiē ab vna parte,debet alia pars citari,s̄m Alex.in cons.82.col.ij.in j.vol.&hoc sentit ex presse d.prag.odia.post prin.ibi, ad petitio-

14 nem cuiuslibet,&c. † Secundo limita, eam procedere solum in causis ciuilibus, vel mistis,secus in criminalib.q̄a in eis non fit cōpromissum,ita expresse dr̄ in d.pragm.ibi,in causis ciuilibus,vel mistis,&c.quæ aūt dicantur causæ mistæ,declaraui supra in iiij.parte

15 principali,in j.dist.circa fi. † Tertio limita, eam ꝓcedere inter affines durante affinitate tm̄: secus aūt, si affinitas sit dissoluta ꝑ mortem,q̄a licet remaneat vinculū quoad impedimētum matrimonij,tñ non remanet quoad cōpromissum,ita tenet Bart. in l.cui eorū §.affinitates,& ibi ēt Bal.& doc.ff.de postul. & est gl. & ibi Alexan. & doct. in l. sed hoc ita,

ita,ff.de re iud.& Bal.in l.fi.ver.modo quæritur,&c.C.de ver.sig.& Paul.de Castr.in l.rei
16 iud.§.fi.in fi.ff.sol.ma. † Et per hoc cessaret dicta prag.inter priuignum,& nouercā mortuo patre ex quo est dissoluta affinitas, s͠m Bald.in l.affinitatis, C.commu.de success.& Paul.de Castr.in consil.80.in ij. volum.

ADDITIO Adde Alex.in l.non tantū,iiij.col.in fi.nu.17.ff.de reg.iur. Pet.Fol.

17 †Quarto limita,non procedere, qn̄ altera pars hr̄et aliq̄ exceptionem litis finitæ, seu impedientem litis ingressum, quia non pōt ea inuita fieri cōpromissum : ita tenent Bal. Alex.& doct.in l.fratris,C.de trāsact.& Bal. in l.si iudex,ff.de his q̄ sunt sui, vel alie.iur. & Soc.in cons.300.col.iiij.vers.j.quia,&c.in
18 ij.vol. † Quinto limita,non procedere,qn̄ altera pars hr̄et scripturam publicam liquidam : puta,instr̄m,sn̄iam, vel obligationē. ita decidit in d.prag.odia. in fin. & per Soc. in cons.iiij.in j.vol.Nam d.prag.seu statutū nō comprehendit res liquidas. ita dicit Pet. Phil.Cor.in cons.62.in litera D, in iiij.vol. & Soc.in d.cons.300. col.iiij.in fi. in ij.vol. &Bar.in l.eleganter,in prin.ff.de cond.inde.
19 †Sexto limita,non procedere,qn̄ extaret aliqua scriptura iurata: quia p̄p iur̄m non fit compromissum, ita tenet Alex.in cons.37. col.antep.in ij.vol. & Ias.in l.fratris, C. de transact.vbi plures allegat,& Paul.de Castr.
20 in cons.14.in ij.vol. † Septimo limita,non ꝓcedere in spurio, q̄ litigans cum cōsanguineo suo,nō pōt petere cōpromissum,ex quo non dr̄ coniunctus : vt not.Bal.in l.id quod pauperib.col.fi.C.de epi.& cl.& Bald.in l.cū acutissimi,C.de fideic.& gl.in cl.j.in vers.liberi.de baptis.& Inn.in c.nōnulli, §.sunt,& alij,de rescriptis, & Paul.de Cast.in ꝯs.178. in ij.vol.&Alex.in cōs.60.col.iij.& iiij.in ij. vol.vbi hoc ēt singulariter declarat, qn̄ spurius petit cōpromissum,eo q̄a est coniūctus: q̄a tunc non audit,secus si cōsanguineus legitimus petat ꝯtra spuriū,q̄a tunc fit cōpromissum in dānum spurij : s͠m eum. Item intellige hoc,qn̄ ageretur inter coniunctos ex parte patris,secus,si ex parte matris:q̄a tunc etiam spurius dr̄ coniunctus,& petit cōpromissum,s͠m Alex.in l.ex facto,§.si q̄s rogatus,col.50.ff.ad Treb.&dixi supra in iiij.ampliatione ad hanc regulam,& de p̄dictis vide ēt Paul.de Cast.in d.§.si q̄s rogatus,&Ioan.
21 de Imo.ibi. †Sed posset occurrere dubium, quod si vnus spurius peteret compromissum cōtra alium spurium sibi coniunctum,an debeat fieri ? & certe si isti duo spurij attingūt se ex linea matris,puta q̄a essent duo fratres spurij nati ex eadē matre, vel duo cōsobrini spurij nati ex duabus sororibus, nō facerem dubiū,quod fieri dr̄et compromissum,p̄ ea, q̄ dixit Alex.in d.§.si q̄s rogatus,sed tota dubitatio ꝯsistit,qn̄ essent coniūcti ex linea patris,& hanc q̄st.non inuenio ab aliquo tactā sed saluo meliori iudicio dicerem , quod ēt in isto casu habet locū compromissum altero spurio petēte,& pondero rōnem,qua vtit̄ Alex.in d.ꝯs.60.col.iiij.ver.q̄ntus casus,&c. in ij.vol.vbi dicit,qđ spurij veniūt appellatione filioꝝ,qn̄ tractatur de eoꝝ p̄iudicio,secus si de fauore alleg.gl.in d.cl.j.de baptis.& idē tenet Paul.de Cast.in d.§. si q̄s rogatus, sed sic est,qđ si spurius petit cōpromissum, & alter spurius opponeret sibi , ꝙ ego non sum tibi cōiunctus,q̄a sum spurius,tūc allegaret spurietatē in sui fauorē, vn̄ non debet audiri,& si diceret,nō potes petere, q̄a tu es spurius,petēs replicaret,&tu q̄ pars es?vnde, nil Iudæus Iudæo,nil Catilina Cethego,p̄ ea,q̄ hn̄r p̄ Bal.&doct.in l.viro,&in l.cū mulier,ff.sol.mat.& p̄ Inn.&doct.in c.intelleximus,de adult.& ibi in terminis, Io.de Ana. in vlt.no.dicit p̄ illū tex. Nota,ꝙ i exceptione doli,vel criminis,turpis p̄sona nō pōt à se eijcere turpē vnde ex ꝯn̄ti p̄ illa iura,dico qđ spurius cōuentus sup cōpromissum , nō posset à se eijcere spuriū, allegādo spurietatem,q̄ contra eūdem retorquet, & sic tūc cō
22 promissum fieri debet. † Octauo limita,nō ꝓcedere in cā feudali, q̄a illi cōpromitti nō pōt,non obstāte d.prag.ita decidit expssē in d.prag.odia.in fi.& tenet And.de Iser.in c.j. §.si inter.de l.Con.& est tex.in const.regni , q̄ incipit,ꝯstōnem diuæ memoriæ, quæ annullat oēm transactionem,& cōpromissum
23 in cā feudali. † Nono limita,non ꝓcedere in cā,in qua agitur de vita,& militia,q̄a non cōpromittitur , nam æquiparatur feudali,vt tenet Matth.de Affl.in decis.44.cons.Neap.
24 †Decimo limita,non procedere,qn̄ coniūctus cederet suā actionē non coniuncto,q̄a licet cōpromissum fieret cū cedente, non tn̄ fiet cū cessionaria,quia est mutata qualitas. ita hr̄ in decis.74.cons.Neap. & per Imo.& Alex.in l.si post diuortium,in fin.ff.sol.ma tri. facit tex. in l.Paulus respondit p̄ procurato

rato

25 ratorem, ff. de acq. her. † Vndecimo limita, non ꝓcedere inter cōsanguineos legitimatos ẜm Paul. de Cast. in cons. 168. in ij. vol. & Alex. in cons. lx. col. ij. & iij. in ij. volum.
26 Duodecimo limita, non ꝓcedere, cōtra clericū coniunctum: q̄a cum sit statutum principis secularis, non pōt ligare clericos. ita tenet Soc. in ꝯs. 71. in iiij. vol. & Bal. in c. cū venissent, col. iij. de eo, q̄ mit. in poss. sed ipse clericus actiuæ posset petere cōpromissum
27 cōtra laicū coniunctum. † q̄a clerici gaudēt statutis laicoꝝ pro se, non aūt cōtra se, vt hr̄ per Abb. & Moder. in c. ecclesia S. Mariæ de cōst. & per Bar. & doct. in l. cunctos populos,
28 C. de sum. trin. & fi. cath. † An aūt clericus contra clericū coniunctum petere possit cōpromissum? dico quod non. q̄a in eo est diuersa rō, quam in spurio, ex quo clericus passiue nō ligatur statutis laicoꝝ, per prædicta, vnde semper pōt excipere à quocunque conueniat, nam clericus est fauor, & ideo allegari pōt in fauorē excipientis, spurietas est odium, & ideo non pōt allegari in fauorem.
29 † Decimotertio limita, non procedere in articulo iuris quia vbicunq; vertit̄ de aliquo dubio, quod in mero iure ꝯsistit, non debet cōpromitti, ex quo in iure oīa sunt certa, & liq̄da. ita tenet Bal. in l. ancillæ col. j. C. de fur. & Alex. in ꝯs. lxij. col. ij. in ij. vol. & Bal. ī l. cum ꝓponas. C. de reb. cre. vbi ēt declarat Bal. q̄d si causa principalis nō sit cōpromittibilis, an possit saltē cōpromitti vnus articulus illius causæ? & tenet q̄d sic idē tenet Bar. in l. si q̄s ī ꝯscribēdo col. fi. C. de pact. & Soc. in ꝯs. lj. in j. vol. contrarium tn̄ tenet idē Soc. in ꝯs. ccc. col. v. & vj. in ij. vol. vbi adducit bonas rōnes, & ibi videas. Limita tn̄ hoc primum dictum, q̄n articulus iuris esset probabiliter dubius, quia tunc æquiparat̄ dubio facti, & debet compromitti, ita ꝑ plura tenet
30 Ias. in l. j. col. pen. ff. de trās. † Decimoquarto limita, non ꝓcedere in causa dādi tutelā, q̄a non potest compromitti ẜm Bar. & Bal. in
31 l. prætor, ff. de tut. & cura. da. ab his. † Decimoquinto limita, non ꝓcedere in causa appellationis, q̄a in ea non potest peti cōpromissum non petitum in causa principali, ẜm Paul. de Cast. in cons. cccxx. in prin. in j. vol.
32 † Decimosexto limita, non ꝓcedere in causis mixti imperij, q̄a de iure nō cōpromittū tur, non obstante dicta prag. ẜm Bart. in l. non distinguemus, §. de liberali, ff. de arb. & Bar. ī d. l. ꝑtor, ff. de tu. & cur. datis ab his, &c.
33 † Decimoseptimo limita, non ꝓcedere, īter affines cōiunctos per legitimum mr̄imoniū secus ꝑ simplicē fornicationē, ita tenet Ioā.
34 An. in c. fi. de ꝯsang. & affi. † Decimooctauo, limita, non procedere, q̄n altero tm̄ ex partibus læderetur ita tenet Paul. de Cast. in ꝯs. cccxx. col. ij. vers. item, & ea ratione, &c. in j. volum. Robertus Marant. V. I. D.

ADDITIO De ītellectu Regię prag. (& si aliqua partiū. Aliqua discutienda sunt quare illud præ ceteris scire oportet, q̄d ante prag. sanctionē, doctores vtriusq; cēsuræ varij atque cōtrarij fuerunt, in eo q̄d ibi cla
35 re deciditur. † Vnde licet an à s̄nia inducētis arbitramentū siue laudum ad æq̄tatem possit appellari, veꝝ vt substantialia superfluis resecatis tangā, magis cōis æquior, & approbata opinio illa recepta fuit (ꝙ possit appellari) ẜm Ant. de But. in c. quintauallis xxiij. diff. de iur. iur. quod & voluit Bal. in l. j. col. ij. in fi. vers. extra quæritur, C. ne li. ter. pro. & Paul. Cast. in ꝯs. ccliiij. in prin. & cum hac opin. transierunt Raph. cu. Io. de Imo. in l. j. & ibi Alex. v. col. vers. deinde no. ff. de l. ij. & Alex. in cons. cvj. incip. viso themate antepo sito lib. iij. & Phil. Cor. in cons. clxxxviij. lib. iij. & Paul. Cast. in ꝯs. cxxij. vers. circa tertiū quæsitū, & alij non nulli doctores quos refert Boër. in decis. cclxxxiiij. in ij. parte, & illa potissima rō reddit̄, q̄a à cōmissis ad arbitriū iudicis appellari pōt, c. sup ijs de acc. ergo, & in isto casu, sicq̄. vt videre licet illa vigebat opinio (ꝙ appellari poterat à s̄nia iudicis ꝯfirmātis laudū) cuius rei cā moderni regnicolę in d. prag. & si aliqua partiū dixerūt ꝑ d. prag. corrigi ius cōe, nā de iure cōi regulariter ꝓmissum reperit̄ posse ab oībus sententijs iudicū in q̄buscuis causis appellari, l. & in maioribus, & l. multis de appel. sed nō reperitur prohibitum ꝙ isto casu nō possit appellari, ergo stamus regulæ, & ex hoc correlarie infertur ꝙ stricte debet interpretari, & intelligi d. prag. vt in indiuiduo tetigit Alex. in d. ꝯs. cvj. (loquēs de statuto Ferrariæ)
36 q̄d est magis latum quā dicta prag. † Sed vtcūque sic videamus nunq̄d d. prag. excludat nullitatē? & intrep. de dico ꝙ non, vt in terminis tetigit, & firmatum reliq̄t Alex. in eo. ꝯs. cvj. in fi. col. citat Bal. in l. j. vers. deinde q̄ro, C. de mo. pos. fue. appel. & in l. ꝓsentaneū vers. quæro nūquid à tali euictione, C. quo. &

& qñ iu.& l.j.C.ne.l.ter.ꝑ.& Ioã.de Imo.in l.de pupillo,§.q opus in fi.ff.de no. ope.nũ. idẽ voluit do.Ioã.Bap.Peru.in tract. de arb. in c.xj.vij. lib. volẽs ꝙ vbicunq; nullitas est euidẽs, & dephendit ex sola inspectione laudi, vel pcedentiũ actoꝝ sup qbus fundat tale laudũ, nunq̃ intelligitur exclusa, posito ꝙ statutũ diceret nõ posse opponi de nullitate p id qđ dixit Ioã.And.referens disp.Nic.de math.in add. Spec.in tit. de sent.§. vt aũt in addi.q̃ incipit ad hoc vt ea, vbi dicit ꝙ de tali nullitate dici põt aduersus pceptũ iudicis, posito quod statutũ dicat quod ꝯtra pceptũ iudicis nõ possit dici de nullitate,&ex nõnullis alijs de qbus p eũ,& ante hos in proprijs terminis id pulchre voluit Ang.in l.nõ erit,
37 ff.de iureiu. †vbi inqt quod si stat statutum quod nõ possit appellari ab arbitramẽto siue laudo, sed statim mandet executioni sine alio, nihilominus non intelligit quod non possit dici de nullitate imò qđ plus est ẽt si i spẽ diceret (nõ posse ẽt de nullitate dici) nõ tñ excludit nullitas euidẽs,& q̃ nõ reqrit altiorẽ indaginẽ,&idẽ p oĩa consuledo tenuit idẽ Ang.in ꝯs.cxciij.inci. ꝓ decisione oĩum q̃sitoꝝ,& idẽ reperio firmatũ fore p Philip. Frãc.in c.dilecto nu. 124. extra de appel. & vbiq; firmãt doctor,nemine excepto nec obstat si diceret qđ ex verbis regiæ prag. (si recte ꝑpendat) intelligit exclusa nullitas(dum ibi dr de laudo lato dolo ex ꝓposito vel re
38 ipsa) & claꝝ præsupponitur. †Sententiam dolo latam esse nullam(licet tex.in l.j.ff.qđ quis.iur.vt ibi no.Ang.& Alex.videatur innuere contrarium) tñ vtcunque sit substan-
39 tialia tangendo. †Dico quod licet sñia dolo lata sit nulla , non tñ id procedit in arbitramento siue laud.dolo lato quia est aliqđ licet exceptio doli aduersus illud obstet, vt est notabilis,& peregrina gl.in l.venales,C. qñ prou.non est ne.& ibi not.Bal.quod ibidem summe commendat Sal.& voluit Lanfranc. in tract.de arb. in quinta parte in 14.
40 q.nu.30. alios doctores referens. †Et dato quod prædicta minime procederent (cuius contrarium expresse patet) tamen adhuc nõ censetur exclusa nullitas euidens, & quæ ex defectu iurisdictionis proueniret,etiam stãte statuto quod non possit dici de nullitate, secundùm Ang. in d.l. non erit, & Alexan. in consil. cvj. & doct. alios supra allegatos.

Petrus Follerius. V. I. D.

De dilatione.

1 ☞ *Dilatio quomodo,& quando detur.*
2 *Dilatio omnis, est peremptoria, & non datur nisi semel in causa ciuili,nec potest prorogari, sed in causa criminali potest pluribus dari, & nu.4.*
3 *Dilatio defensoria in criminalibus potest dari etiam post conclusum in causa.*
5 *Dilationes plures dari possunt,vbi est iustum impedimentum in prima.*
6 *Dilatio noua datur,quando superuenerunt nouæ probationes, & statur iuramento petentis dilationem, quod sibi de nouo superuenerunt probationes.*
7 *Dilationes nouæ dantur,quando causa examinatur in consistorio principis.*
8 *Litigans quando impeditur facto aduersarij, datur noua dilatio.*
9 *Dilatio noua datur, quando aliquis additur in libello.*
10 *Noua dilatio datur, quando noua actio cumulatur.*
11 *Dilatio noua peti potest,quando in iudicio emergit noua exceptio,vel aliud incidens.*
12 *Dilatio,quæ dari non debet,& datur, vtraque parte præsente,& non contradicente,valet,& de vtriusque voluntate data censetur.*
13 *Dilatione nulla data, valent probationes receptæ.*
14 *Dilatio data absenti, non currit, nisi à die quo fuit intimata.*
28 ficiũ publicũ ſibi vendicãt: † ſed ſolũ dant fidẽ vni viro priuato, qđ põt fieri ꝑ partes, l. Theopõpus,&ibi Bar.&doct.ff.de dot.pleg. & Bar.in l.Lucius,ff.de fideiuſ. ſicut dicimus

etiam

etiam in arbitro electo ꝑ partes, cui ꝑ cōpromissum dat fides, vt stet dicto ipsius. Eodem modo pñt partes eligere vnū scriptorem, cꝰ scriptis habeāt dare plenam fidē in eaꝶ ꝑiudiciū, cum nihil repugnet, nec in aliquo lædat hic publica vtilitas, imò in hoc casu suggerit æqtas illius edicti, quod q. sq; iuris, &c.

ADDITIO Adde ꝙ consensus partiū facit, vt credat copię cui alias nō crederet ẜm doct. in authen. siqs in aliquo, C. de edē. Itē facit validare ꝓbōnes, vel attestationes inualidas, ẜm Inn. in c. cū causam in vlt. col. in prin. in gl. sua in verbo ꝓsumptionē de testi. ꝑ Bal. in l. fi. C. de testi. & Bar. ī l. j. §. j. ff. de se. fe. Abb. in c. ꝯst. ī fi. de test. Pet. Fol. V. I. D.

NAM eo ipso, qđ ego ꝓduco iura mea corā tali scriptore, & facio ꝑ eum examinari meos testes, & scribi oia acta mea in ꝓcessu, videor hēre hanc intentionē, vt illa acta mea faciāt publicam fidē, & ꝓsint mihi ad victoriam obtinēdam cōtra aduersarium meum, vnde nō possum postea impugnare ꝓcessū, quem semel approbaui: q̄a debeo pati, qđ similiter acta aduersarij mei ꝑ eundem scriptorem recepta, faciāt fidem contra me, ꝑꝑ æqtatem dicti edicti. ꝑ ea, quæ not. Ias. in d.

29 l. j. & in d. §. æditiones. † Sexto requirit, qđ acta reducantur in scriptis nisi causæ essent breuiores, q̄a tunc non requirit scriptura ꝑ authen. nisi breuiores, & ibi Bart. C. de sent. ex peri. reci. ita tenet Abb. in d. c. qm̄ contra in iij. notab. ꝑ illum tex. & ibi ēt Fel. de ꝓb. & declarat Ant. de But. in c. cum ad sedem, de

30 testi. ſpo. † Et super hoc pōt cadere illud dubium, in acta iudicij possint ꝓbari ꝑ testes: & sic aliter, quam per scripturam. Nam ẜm cōem conclusionem, acta curiæ non requirunt testes: quia sine testibus hñt publicam fidem. Bart. in l. emancipatione, C. de fide instr. & Bald. in gesta. vers. quæro, nunquid a-

31 cti, &c. C. de re iud. † Quod tñ notabiliter intellige, de actis factis coram iudice: secus, si fiant coram arbitro: q̄a non valent sine testibus, ēt si per notarium scribent. ita tenet Alex. in cons. 13. in iij. col. in j. vol. & ꝯs. 19. col. ij. in iiij. vol. Quod nota ꝑpetuo: quia poteris annullare multos ꝓcessus arbitratorum: q̄a nunq̄ vel raro aduertunt in adhibēdo testes in eoꝶ actis, vnde ad q. incidenter motā, dico, ꝙ acta pñt ꝓbari ꝑ testes dūmodo deponāt de tenore ipsoꝶ, tex. est in l. qm̄, C. de hæret. & Bal. in l. nec in arbitris, col. ij. vers. venio ad vers. si aūt, &c. C. de arb. quod tñ intellige, qñ acta requirentia scripturam fuerunt celebrata in scriptis, & sunt deperdita. tunc. n. pñt probari per testes secus, si nunq̄ fuerunt scripta. q̄a ex quo non valent nō oportet ea probari ꝑ testes. Sed si sunt talia acta q̄ de necessitate nō reqrunt scripturā pñt indistinctæ ꝓbari ꝑ testes. ita decl. Bald. in d. l. emācip. & Lanfr. in d. c. qm̄ contra, col. iiij. & hr̄ ꝑ Cano. in c. Albericus. de testibus.

ADDITIO Adde ꝙ contrarium seruatur in actis factis corā arbitris electis, ẜm formam Regiæ prag. inter coniunctos: vt ēt dicit Alex. in d. ꝯs. xiij. & cōtrarium vidi ser-

32 uari in q̄buslibet arbitris. † Ad vnum tñ aduertas, ꝙ cum vbi de gn̄ali consuetudine, solet adhiberi testes in lectura sententiæ licet alias non requirant testes in actis tñ in diffinitiuis sententijs, Postq̄ ex consuetudine solent adhiberi, & consuetudo est optima legū interpres, l. si de interpretatione, ff. de leg. debent oīno adhiberi alias non valerent: ẜm gl. & Ioan. de Imol. in c. qm̄ contra de prob. & ibi refert, & sequitur Lanfran. num. 19. in verbo probationes, & de actis coram arbitro vide dom. Bapt. dē san. Bla. in tract. de arb. num. 23. vbi plenè. Petr. Foll. V. I. D.

33 † Septimo requirit, quod acta sint in iudicio publicata: nā ante publicationē non hñt publicam fidē, l. gesta, C. de re iud. & Bald. in

34 l. publ. in v. q. C. de test. † Et dicit Bal. in l. in bonæ fidei, col. iij. vers. item quæritur, C. de reb. cred. ꝙ ēt semiplene non ꝓbant attesta-

35 tiones non publicatæ. † Acta. n. non publicata, sunt ad instar imbreuiaturę notari non solēnis, vt not. gl. & Bar. in l. fideicōmissa, §. j. ff. de leg. iij. & hoc reqsitū posset referri solū ad attestationes. Verum magis cōis conclusio est in contrarium. s. ꝙ coram eodē iudice, vel surrogato in eius locū acta faciunt fidem, ēt sine publicatione: q̄a alias sequeret, ꝙ non valeret snia lata obmissa publicatione, cuius cōtrarium tenet Bart. in l. prolatā, C. de senten. & hoc tenet Abb. c. causam quę col. ij. de testib. vbi optime declarat hāc materiam, & ibi ēt Franc. de Aret. in j. & ij. col.

36 † Octauo reqritur, ꝙ acta scribātur, & recipiātur in die nō feriato, alias nō valēt, maxime si est dies feriatas ad honorē Dei, l. fi. C. de fer. & c. fi. de fer. sunt tñ multi actus, q. pñt celebrari die feriato, qui signantur pro fal-

37 lentijs ad hāc regulam. † Et primo limita,

non ꝓcedere in porrectione libelli : qa pōt
offerri,& recipi in die feriato, ēt ad honorē
Dei,l.miles,§.sexaginta,ff.de adul. & idē in
libello appellat.l.j.& ibi Bal.C.de fer.& no.
Bar.in l.ij.ff.si qs in ius voc.non ie.Et vide,q̄
dixi supra in cap. de libelli oblat. in hac vj.
parte. vbi tractaui plenè de veritate h⁹ dicti.
38 †Secūdo limita in executione facienda con
tra latronē insignem,qa pōt mitti ad furcas,
ēt in die feriato,l.prouincialꝝ . & ibi Bar. &
39 Bal.C.de fer. †Tertio limita,in oībus actis
volūtariæ iurisdictionis: qa pn̄t exerceri die
feriato : ꝓut est emancipare,adoptare,tuto-
res dare,& instrā ac testamēta conficere,&a-
lia similia. ita tenet Spec.in tit.de fer.§.seq-
tur,vers.quid si in ferijs,&c.& vers.porrò, &
Abb.in c.cōquestus,col.v.de fer.& est tex.in
40 l.actus,C.de fer. † Quarto limita,non ꝓce
dere in examinatione testiū : quia pn̄t exa-
minari in die feriato ad honorē Dei,dūmo-
do iurauerint in die nō feriato,gl.est in cl.j.
de off.deleg. & est ritus magnæ curiæ in nu.
47.incip.itē,ꝙ si detur,&c.&dixi supra,ī ver.
testiū ꝓductio.&tenet Spec.in tit.de fer.§.se
41 quitur,vers.qd si tunc testis,&c. †Quinto li
mita,in oībus actis pijs,& reqrentibus cele-
42 ritatem.de qbus,in l.j.& ij.ff.de fer.† An aūt
decretū in alienatione reꝝ minoris,possit in
terponi die feriata ? dic ꝙ non,ſm Spec. in
43 d.§.seqtur,in fin. †Sexto limita, in captura
debitoris suspecti de fuga : q pōt capi, ēt in
die feriato ad honorē Dei , gl. est singularis
in l.fi.C.de fe.& Alb.&cōiter doc. in l.si fe-
riatis,ff.de fer.& Bal.in c.fi.extra de fe.&Ias.
44 in l.ij.col.vj.in prin.ff.de iur.om.iu. † Septi
mo limita,in ꝯfessione partis, qa pōt recidi
in iudicio ēt in die feriato, ſm Bal.in marg.
in verbo,feriæ.vers.vlt. & Inn. in c.vltra iij.
45 de testib. †Octauo limita,qn̄ iurisdictio iu
dicis esset tpe perituræ : qa tunc pōt ꝓcede-
re tpe feriato ad honorē Dei,& hoīum, ſm
Abb.in c.fi.col.fi.de iu.& Spe.in tit.de fer.§.
46 seqtur vers.pen. †Nono limita,ī curia prin
cipis qa in ea ꝓcedi pōt die feriato, vt tenet
47 Spec.in tit.de fer.§.j.vers.est aūt. †Decimo
limita, in snīa excōicationis, q̄ potest ferri
die feriato,ſm Spec.in tit.de fer.§.sequitur,
48 vers.porrò ea,& Fed.de sen.in ꝯs.11. †Vnde
cimo limita,in causis carceratoꝝ : qa in eis
ꝓcedi pōt die feriato, l.diuus, & ibi Alex.&
doct.ff.de fer.& hr̄ in l.custodias, ff.de publ.
49 iud. †Duodecimo gn̄aliter limita,hodie in
regno,quoad ferias messium,&vindemiarū:
quia oēs actus iudiciarij pn̄t in talibus feris
expediri,ex quo in regno de ꝯsuetudine sunt
sublatæ,& non seruanī,gl.est in constit. re-
50 gni,q̄ incipit,baiulos oēs. †Nono principa
liter requirit̄,ꝙ acta fiant de die,& nō de no
cte,c.ꝯsuluit,& ibi gl.& Abb.in fi.col.de off.
deleg.& ꝓ̄sertim snīa nō pōt ferri de nocte,
vt not.doc.in l.nō minorē,C.de transf.Quid
aūt si extaret ꝯsuetudo cōtraria,in qbus casi
bus valeāt acta de nocte ? vide Ias.in d.l.non
minorē,&Fel.in d.c.consuluit,col.antepen.
51 †Decimo principale requirit̄ pro validatio
ne actoꝝ,ꝙ in eis singulis inferaī locus,dies
& mēsis,&annus,in quo celebranī,tex.est in
c.qm̄ ꝯtra,& ibi gl.in vers.tpa,de ꝓb.& hr̄ in
cap.Abbate sanè,circa fin.de re iud.libr.vj.
52 †Sed iuxta hoc posset cadere dubiū quid si
sunt facta acta alicuius ꝓcessus,& postea ꝑ-
ditur ꝓcessus, adeo ꝙ est necesse facere acta
de nouo deinde celebratis nouis actis reperi
tur primus ꝓcessus,cui est danda fides, & an
credat̄ primis,vel secūdis actis? dic ꝙ si nōdū
est lata snīa super secundo ꝓcessu , creditur
primo tm̄,& non secundo,& ſm prima acta
debet ferri snīa . Secus si esset sententiatum
sup secundis actis anteq̄ essent inuenta pri-
ma,ita tenet And.de Iser.in ꝯs.cordi nobis.

VENIO Ad iij. qōnem principalem,
53 scilicet † qualiter sunt edēda acta , sup qua
firmo nō nullas ꝯclusiones veras,& cōes.Et
prima conclusio gn̄alis , est ꝙ oīa acta iudi-
cialia, siue causæ ciuilis,siue criminalis, de-
bēt edi litigantibus petētibus, l.ij.cū sua ma
teria,C.de eden.in tm̄,ꝙ si non edanī,potest
appellari,l.ij.C.vt lite pen.& cap. ꝑpetuus ,
de fide instr.Probatur etiā in l.j.§.eden.ff.de
eden.ea ꝓ̄sertim rōne attenta : qa actus iudi
ciarius eo ipso,ꝙ factus est, censetur cōis al
tera parti,& ideo pōt petere copiā , vt supra
dixi,& hr̄ in d.§.edēda,& §.editiones, & ibi
nota eod.tit. Item is q. iudice mandāte non
vult acta edere,ꝓ̄sumitur in dolo, ſm Alex.
in l.vbi,ff.de eden.pro hoc est tex.in l.nō po
54 test dolo,ff.de reg.iur. † Potest ēt assignari
ratio : qa editio actoꝝ,est spēs defensionis.
Patet,qa fit ad effectū.vt petēs possit delibe
rare,si velit cedere an ꝯtēdere, l.j.in princ.ff.
de eden.& auct.offeraī,C.de litis ꝯtest.Itē fit
ad effectū veritatis inuestigādæ,vt dicit tex. i
d.l.is apud quē , nā habita copia facilius pōt
quis rn̄dere confitendo,vel objiciendo,&sic

merita causarum partium assertione pandunt, l. fi.C.si per vim vel alio modo, vnde iudex poterit de veritate cãæ facilius iudicare, & ipsam veritatē inquirere visis allegationibus
55 vtriusq; ptis.† Limita hãc cõclusionē, dũmodo talis editio fiat iudice mãdante, alias sine mãdato iudicis nõ tenet notarius actorum edere acta, sm Bal.in d.l.is, apud quem col.j. in prin.per illũ tex.in ver. iubebit vbi ēt Paul.de
56 Cast.C.de ed.† Secũdo limita, non pcedere in attestationibus testiũ, q ante publicationē edi nõ debēt, patri sed debēt esse secretæ penes iudicē, & actorum notariũ, timore subornationis gl.est in d.l. is apud quē per illũ tex. sm quintã l.C.de eden.& ibi Bal.hoc expsse tenet in ij.col.vers.venio ad quintã &c.p.§.
57 quia vero in authe.de testi.† Tertio limita, in interrogatorijs testiũ: quę licet sint de actis nõ tñ debēt edi alteri pti ad euitandum subornationem testium, vt no. Abb.& doct. in c. per tuas, de testi. & Alex.in d.l. is apud
58 quē.† Quarto limita, in allegationibus iuris, q licet sint in actis pducte, tñ nõ debent edi alteri pti, ex quo fiũt ad merã instructionem iudicis.ita tenet Inno.in d.c. per tuas de testi.& Alex.in auth.iubemus, C.de iud.cõtrariũ tñ tenuit Ias.in d.l.is apud quē, col.ij. & in d.l.j.§.ed.ff.de eden. & rõ est sm eum, quia postq allegationes sunt registratæ in actis, sunt effectæ cões, vnde debent edi, sicut alia cõia, sed Matth. de Affl.doct. Neap. in const.si dam.col.xij. tenet primam prem .s. quod non datur copia allegationum, & dicit quod hoc iure vtimur. Ego puto esse distinguẽdũ. Aut is q pducit allegationes, facit scribi in eis psentatã, & facit illa registrari in actis, & tũc teneo opi.Ias.quod edi debēt, per d.§.edẽda. Aut non psentat illas in modũ actorum in pcessu sed dat illas in manica iudicis, ad merã iudicis instructionē, & nõ vult, quod sint de actis & tũc pcedat alia opi.s.quod nõ edant in quotidie video seruari in practica, qa tũc pars nõ põt petere copiam, ex quo non sunt effectæ cões, cum sint pductæ extra pcessum, vnde finita causa, potest pducens illas sibi reaccipere qa de necessitate non debent in pcessu
59 remanere, cum non sint de pcessu. † Quinto limita, dũmodo offerat salarium actorum magistro, alias sine mercede nõ tenetur edere acta tex.in l.argẽtarius in prin.& ibi cõi-
60 ter doct.ff.de eden.† Sexto limita in noibus testiũ, in iudicio pductorum, & examinandorum quia ante eorum publicationem non tenetur pars q vult aliquos testes examinare, edere noĩa eorum alteri pti, ne subducant vel subornentur, sed soli iudici noiare tenetur ita tenet Spec. in tit. de teste, §. qualiter, ver.post hoc.& Alex.in l.j.§.edit. col.pen.ff.de eden.
61 † Secũda, principalis cõclusio in hac q. est quod acta publica iudicij debēt edi indistincte cuicunq; suũ interesse ptendenti, ēt si ad eius instantiã, nõ sunt ista acta celebrata, licet secus sit in instrõ. ita tenet Alex. ĩ d.l.is apud quē C.de eden.& Bar.& Mod.in l.j.§.editiones, ff.de ed. & Ang.in.§. pcepta in auth. de def.
62 ciui. † Tertia conclusio est, quod acta debēt edi sumptibus petentis regulariter, sm Car. in cl.causam, in xxij.q.de el.& per doct.in d.l.
63 is apud quē.† Fallit in copia libelli primi, q debet dari sumptibus actoris, vt est gl. in l. ij.in ver.oblatos de app.& Card.in cl.sæpe ĩ prin.in xvij.q.de ver. sig. & est regia prag. q
64 incipit, comparente.† Quarta conclusio est, quod acta originalia nullo modo debēt edi parti. nec iudici appellationis, sed tñ copia actorum edenda est, & ibi per oẽs doct. in c. qm contra de pb.& gl.Bar.& doct.in l.eos, §.super his, C.de app.& hr in regia pragm. quæ incipit conclusionem, vbi imponitur pœna falsi notario edenti originalem processum.
65 † Quinta conclusio est, quod acta debēt edi cum die, & consule, loco, & tpe vt d. c. qm contra.& ibi gl.in ver.tpa, & ibi cõiter doct. ponunt, & no.Bal.et doct.in l.ij. C.de eden. et Alex.in l.j.§.edit.col.ij.ff.de eden. De practica aũt, qualiter sit facienda ista editio per notarium, vide Spec.in tit.de inst.edi.§.post quam in fi.vers.postremo, et de multis alijs in materia editionis vide, plenè per Fel.in c. j. de pb. et per Bald. et Mod. in d.l. is apud quem, C. de eden. vbi est propria materia.
66 † Sexta conclusio est quod acta debent edi toties, quoties quis petit sibi edi etiam millies, siue amiserit prima acta edita, siue non. Et in hoc differt ista editio ab editione instrumenti, q non fit nisi pbetur amissio. ita tenet Paul.de Cast.in lege veluti, §.hæc vox et ibi cõiter doct.ff.de eden. et Alex. in l.ij. C.eo.tit.illud autem quod dixi de editione instrumenti, intelligas qñ instrm continet tale quod dependet ex voluntate duorum, secus si dependet ex voluntate vnius ppententis editionem, quia millies potest peti, vt edatur, siue sit amissum, siue non, et siue aliqua

qua auctoritate iudicis. ita tenet Spec.in tit. de instr.edi.§.postquam,vers.j.& vers.sed nũ quid Bal.in l.ne casu,C.de discus.lib.x.& Alex.& doct.in d.§.hæc vox.& Ias.in l.si quis, §.prætor ait, in v.no.ff.de eden. per hoc est tex. in l.vnum, ff.de test. & in l.Sempronius Proculo,ff.de le.ij.& l.fi.ff.de his quę in test. deleg. Rob. Mar. V. I. D.

De processus publicatione.

1 *Publicatio processus, quare & qualiter fiat, & quis sit effectus eius,et an sit de ordine iudicij.*
2 *Decretum primum,præambulum est ad secũdum.*
3 *Publicatio processus fit ipso iure in regno, eo ipso quod labitur terminus probatorius.*
4 *Publicatio obmissa,vel facta die feriato non vitiat processum.*
5 *Publicatio facta de voluntate partium,non validat depositiones testium nõ rite examinatorum.*
6 *Delegatus, cui commissa est testium receptio non potest illorum attestationes publicare.*
7 *Publicatio nõ requiritur quãdo testes vtraq; parte præsente,sunt examinati. sed solum quando in secreto.*
8 *Publicatio solum potest fieri in attestationibus vnius partis, quando citius expeditæ fuerunt, & postea alterius.*

NDECIMVS actus, qui successiue emergit in iudicio
1 est † publicatio processus: nã elapso termino probatorio siue sint productæ probationes,siue nõ, potest altera partium instare,vt fiat publicatio in causa,& fit ad effectum, vt partes possint recipere copiã examinis testium ex tunc in antea. Item fit, vt seruetur ordo iudicij: quia publicatio est de ordine,ſm Bart.in l.prolatam. C.de senten. Item per eam datur maius robur attestationis, vt hr̃ in l. gesta, & ibi per Bald. & doct. C.de re iud.& per Can. in cap.causam quæ.de testib. & Bart.in l.solam, C.de testi. Est.n.ordo præambulus ad cõclusionem in
2 causa,quę postea sequitur. † sicut dicimus de primo decreto,quod est præambulum ad secundum,vt tradunt Moder.in l.iubere cauere,ff.de iurisc.omn.iud.& Bart.in l.si finita, §.Iulian.ff.de dam.infect. Fit aũt ista publicatio partibus p̃ntibus, vel altera parte citata,& contumace,alias nõ valet: ex quo pars per eam põt lædi: per regulam,l.de vnoquoque,ff.de re iud.Notarius ergo actorũ de mãdato iudicis scribit in ꝓcessu,die tali,&c.facta est publicatio in p̃nti causa,seu processu, p̃ntibus partibus,vel altera parte absente, citata tñ,ac relata,&c. ita hęc oĩa declarat Bal. d.l.gesta,col.ij.vers.quęro qualiter,&c.&extũc censetur p̃clusa via producendorũ testiũ, nisi in casibus,quos ponit Bart.in authen.at q semel,C.de prob.& Abb.&doct.in c.frater
3 nitatis,de test.† Hodie aũt in regno fit publicatio ipso iure,eo ipso,ꝙ labit terminus ꝓbatorius,siue sint testes examinati,siue non: nisi pars infra quatuor dies post lapsum termini ꝓbauerit aliquod iustũ impedimentũ: qa debet allegare, ꝙ publicatio hr̃ pro nõ facta,ob tale impedimẽtum,&c. De hoc est regia prag.q̃ incipit.cursu dilationum.in prin. vnde lapso termino nõ oportet petere publicatioẽ fieri,sed instare,vt declaret ipsam es
4 se factã ipso iure.† An aũt possit obmitti ista publicatio.& si ꝓcedat ad vlteriora,ea nõ facta,an valeat ꝓcessus? Cõis conclusio est,ꝙ sic.ita plenè tenẽt Abb.& Fel.in c.cũ I.& A. de re iud.& Bar.in l.ꝓlatum,C.de senten.& Petr.Phil.Cor.in cons.102.col.fin.in lra R. in j.vol. Plus ẽt dicit Petr.Phil.Cor.ibid. ꝙ ẽt si publicatio fit in die feriato, non ꝑ hoc vitiat processus: tãto magis hodie in regno ꝑ iura municipalia sæpius allegata,sunt sublata oĩa subalia iudiciorũ iuris positiui,& sic põt sine dubio obmitti publicatio imò nunquam põt dici obmissa, ex quo semp tacite
5 fit ipso iure ꝑ d.prag. † Quid aũt,si testes in ꝓcessu fuerunt non rite recepti, deinde sunt publicati de cõsensu vtriusq; partis an ꝑ hoc validetur eorũ depositio? dic ꝙ nõ, ita tenet Bal.in authen.si qs in aliquo,col.j.ver.iuxta primam rõnem,&c.C.de eden.& tenet Inn. in c.signauit,& c.cũ causam de test.quod nota,qa prima facie qlibet diceret cõtrarium, sicut dicimus in exẽplo publicato de cõi cõsensu,& fecit fidẽ,ſm Bal.ibid. sed in testib.
6 est cõtrarium. † Sed quæritur,pone quod iudex cõmisit, seu delegauit alicui testiũ receptionẽ,& examinationẽ, an ipse idẽ delegatus possit eos publicare? dic ꝙ nõ,sed debet examẽ clausum remittere ad delegãtẽ,& corã ipso delegãte fiet publicatio,ſm Bar.in l.
7 cũ ab initio circa fi.ff.quẽad.test.ape.† Reqritur aũt ista publicatio,qñ testes sunt recepti in secreto: secus,si vtraq; parte p̃nte, prout solen-

solent qnque iudices summatim cognoscen do:tūc non reqritur alia publicatio, ſm Bal. in auth. si qs in aliquo, col.iij.in fi.vers. sed aduerte,&c.C.de eden. Reliqua de mā publicationis testiū, vide p Spec.in tit.de teste, §.
8 satis vtiliter, p totū. †Quid aūt, si citius sint expeditæ examinationes testiū vnius partis q̃ alterius.an possit peti fieri publicationem, quoad illas tm̄, & postea completis alijs fiat iterū alia publicatio in alijs?dic q̄ sic, de hoc est ritus magnę curiæ in nu.190.incip.item, seruat ipsa curia, quod si examinationes,&c. licet in fine illius ritus dicatur, q̄ ista non sunt in vsu. Rob. Mar. Venus. I. V. D.

De incidenti criminali, contra aduersarium quid falso producentem.

1 ☞ *Criminale incidens vtrum, & qualiter possit exerceri in iudicio ciuili. Quod reducitur ad practicam, prout in num.3.*
2 *Testis punitur de falso à iudice, coram quo falsum deposuit.*
3 *Clericus falsum deponens coram iudice laico nō potest per eum puniri.*
4 *Clericus etiam de mandato sui episcopi nō potest puniri neque torqueri per iudicem laicum.*
5 *Laicus examinatus, qui coram iudice ecclesiastico falsum deposuit, per iudicem ecclesiasticum, & secularem puniri potest.*

QVODECIMVS actus, q̃ successiue emergit i iudicijs est.
1 † qa plerunq; facta publicatione, & recepta copia ꝓcessus, altera partiū aduertit in ꝓcessu esse aliq̃ falsitatem in testib.vel scripturis,&vult aduersarium accusare de falso: vtrum, & qualiter possit istud indicēs criminale exerceri in iudicio ciuili, videamus. & certe ista accusatio pōt objici, lite pendēte,vt hr̄ in l.nullum,C.de test.&p Abb.& Ioan.de Ana.in cap.j.de fal.&Bal.& doct.in l.fi.C.de fide instr.& est ritus magnę curiæ in nu.195.incip.item,seruat dicta curia nō concedere,&c.Verū,si quęris an faciat supersederi in causa principaliter intentata. dic,si qstio falsi mouet̄ contra testes, ꝓcedit̄ interim in causa: secus si mouet̄ contra principalē,qui testes,vel scripturā falsam produxit.ita tenet Bal.in d.l.fi.circa fi.& Bal.in l.si qs testib.col.ij.in fi.vers.qro,positio,&c. C. de test.de qua mā vide aliqua p Matt.de Affl. in const.si ciuiliter agens,col.pen.& fin. vbi allegat quādam nouellam cōst.regis cathol.
2 †Et pōt tunc testis falsus puniri p iudicē corā quo deposuit,ēt si alias si esset suus incōpetēs iudex: qa rōne suæ falsæ depositionis efficit̄ de eius foro: vt l.nullum,& ibi Bal.&
3 Sal.& hr̄ in d.c.j.de cri.fal. †Et hoc aūt inoleuit practica,qđ facta publicatione in causa,pars q̃ vult aduersarium accusare de falso, solet ipm̄ interrogari facere si vult vti testib. & scriptura ꝓ eum productis, & si ille dicit, quod sic: pōt tunc accusare,& falsitatē probare: qua ꝓbata punitur ad amissionē causæ,& est regia prag.q̃ incipit,testem falsum, vltra quam pœnam punitur ēt pœna falsi,vt ibi dr̄, & probatur ēt in l.in fraudem,§.quoties,ff.de iure fisci.Dicta aūt interrogatio fit ad effectū vt si aduersarius dicit se velle vti, nō possit postea renunciare testibus infra octo dies post publicationē, & euitate pœnā vt dr̄ in d.prag. & de hac mā qualiter debeat fieri rn̄sio ad istam interrogationem, videlicet, simpliciter vel conditionare tractaui in decis.189.cons.Neap.& dixi de instr̄i productione,supra in viij.actu.vers. q d aūt,si pro-
4 ducatur instr̄m falsum,&c. † Sed quid si fuit ꝓductus clericus in testem coram iudice laico,& falsum deponit: an possit puniri ꝓ iudicem laicum? Bald.in d.l.nullum,tenet q̄ sic. Sed magis cōis opin.est in contrarium: per cap.si diligēti.de foro compet.nam si clericus deliquit coram iudice ecclesiastico nō suo,verū est quod pōt per eum puniri: secus per secularem. ita tenent Inn.Ioan.Andr.& Ant.de Butr.in cap. verū de foro compet. & Ioan.de Ana.in d.cap.j.col.j.de cri.fal. & hr̄
5 in decis.230.cons.Neap. †Iudex.n.secularis non potest imponere manum in clericum, causa puniendi, etiam de mandato sui epi, adeo quod etiam si eps mandaret iudici laico,quod clericum torqueret,vel verberaret, non posset hoc facere,sed capere tantum potest ex suo mandato.s.episcopi, & remittere eum episcopo. Ita tenet Ioan.de Ana.in c. ij.colum.ij.in fi.de cri.fal. & Petr.de Anch. in cap. vniuersitatis,in fin.de senten.excom.
6 † Quid autem econtra? pone, quod laicus fuit examinatus coram iudice ecclesiastico, & falsum deposuit: an possit puniri per iudicem

dicem ecclesiasticũ, & secularẽ? dic, quod potest per vtrunq; iudicem puniri, & hẽt locũ cum pũentio si is, coram quo prius accusat, ꝓcedit contra eum. ita hr̃ in decis. ccxix. cõs. Neap. vbi plures allegantur. Vbi ẽt plus dr̃, quod dato quod laicus ꝓcedat contra talem testem, & puniat eum, potest nihilominus ẽt iudex ecclesiasticus ꝓcedere, & punire eũ pœna ecclesiastica: per ea, quæ hñr in c. felicis, de pœnis, lib. vj. & in alijs locis ibi allegatis. Rob. Mar. Venus. V. I. D.

De testium. Et quæ, quot ue sint ad eius vsum necessaria. Et quibus illa contingat.

1 *Repulsa testium qualiter, & quando petatur, & quis terminus detur ad eam, & quid de repulsa.*

2 *Repulsa testium, fit contra personas vel contra dicta, & vt concedatur alterum de tribus, requiritur maxime protestatio.*

3 *Repulsa contra testes, debet crimina in specie continere, nec sufficit probare in genere quod quis sit criminosus.*

4 *Testis deponens in fauorem partis aduersæ, non facit fidem, quando fuit contra eum protestata causa ipsum repulsandi.*

5 *Repulsam petens, & non probant saltem semiplene, punitur ad x. tarenos. Idem si producit articulos impertinentes.*

6 *Testes debent citari, & etiam examinari infra terminum datum ad repulsam, & eo lapso non admittuntur.*

7 *Repulsa testium, dicitur odiosa.*

8 *Repulsa testium, an possit simul fieri in primis capitulis causæ principalis.*

9 *Repulsa non fit contra scripturas: sed solum cõtra testes.*

10 *Producens testem pro se, non potest illum reprobare: etiam in alia causa.*

11 *Producens testem potest illum repulsare, ex superueniens causa.*

12 *Producens testem potest illum, quo ad eius dicta, repulsare.*

13 *Repulsa an, & quando admittatur in causa appellationis.*

14 *Repulsa an admittatur in causa attentatorũ.*

15 *Repulsam opponens, & non probans contra testes, an teneatur iniuriarum.*

16 *Repulse non permittitur in testibus per producentem approbatis.*

17 *Repulsa non conceditur in crimine læsæ maiest.*

18 *Repulsa no admittitur in causa blasfemiæ Dei.*

19 *Repulsa in causis summarijs, vbi semiplene probationes sufficiunt non admittitur.*

TERTIVSDECIMVS act', q̃ successiue emergit in iudicio est repulsa testiũ.
1 † Nã facta publicatione ꝓcessus, si aliqua ptiũ hẽt testes ꝯtrarios, q̃ valde vrgent ꝯtra eã, põt in iudicio petere terminũ ad repulsam, q̃ terminus conceditur ꝑ iudicẽ, & est medietas primi termini ꝓbatorij, vt decidit ꝑ regiã prag. cursu dilationũ, & petit ista terminus imediate post lapsos octo dies, cõcessos ꝑ dictam prag. ad ꝑcunctandum ꝓcessum: quo termino dato ad repulsam elapso, ipso iure censet publicatũ in causa repulse. Sic diximus supra de publicatione in cã principali. Et facta dicta publicatione, si altera pars videt se grauari ꝑ dictã repulsam .i. q̃a sui testes fuerũt reprobati, põt petere nonum terminũ ad repulsam repulsæ, & dat sibi medietas termini dati ad repulsam, & elapso hoc termino, fit publicatio sup ista repulsa repulsæ, & vlterius nõ dat alia repulsa, ne ꝓcedat in infinitũ. ita hæc oĩa hñr in dicta prag. cursu dilationũ. Pro aliquali tñ introductione iuuenũ, ad hãc materiam formo tres q. Prima erit, quali debeat fieri ista repulsa testiũ. Secũda, an possit q̃s reprobare testes ꝑ eũ ꝓductos. Tertia erit, an testes possint repulsari in cã appellationis, q̃ nõ fuerunt reprobati in causa principali.
2 † Ad primã q. est sciẽdũ, ꝙ repulsa fit altero de duob' modis: videlicet, vno modo ꝯtra ꝑsonas, alio modo ꝯtra dicta testiũ. Item ꝑsuppono, q̃d repulsa nõ ꝯcedit petẽti nisi ꝯcurrat alterũ de tribus req̃sitis, q̃ tradunt in c. ꝑsentium, de testibus. Primũ est, ꝙ ante publicationem si ꝓtestat' se velle reprobare testes, & ex hoc inoleuit illa practica, qua quotidie vtunt ꝓcuratores vt tp̃e quo cõparẽt visuri iura testiũ, ꝓtestentur ꝯtra ꝑsonas testiũ, & dicẽda per eos. non tñ nego quin q̃ncunq; in alio actu ante publicationẽ possit fieri dicta ꝓtestatio, vt d. c. ꝑsentiũ de testib. vide Fran. de Are. de veritate huius dicti. Hoc tñ intellige, q̃n testis hr̃ aliquem defectum, per quem reprobat fauorem ipsius reprobantis, q̃a tunc requirit protestatio

testatio: aliàs vr̃ consentire, & testem approbare. Secus, si defectus esset in odium ipsius testis, vt quia esset excõicatus vel bãnitus qa tunc etiam sine protestatione põt repulsari. ita declarat Bald. in l. si quis testib. col. ij. in fi. vers. dubitauit hic, &c. C. de test. licet subdat, q cauti aduocati semper interponũt dictã ptestationẽ eo modo quo supra. Secũdũ requisitũ est, qñ probat, q post publicationẽ habuit notitiã de defectibus & exceptionib. contra testes, idẽ si forte fuisset abñs tpe receptionis testiũ, vsque ad publicationem, ſm Bal. in d. l. si quis test. vers. dubitatur hic, &c. circa fi. & not. gl. & Bald. in l. laudabilem, C. de aduoc. diuer. iud. Tertium requisitum est qñ non fuit ptestatus, & iurat se non petere repulsam ex malitia: alias sibi nõ cõcedit, vt
3 in d. c. pñtium, de test. vbi ista tradũtur. † Reuertor nunc ad primũ modũ repulsandi. s. cõtra personas testium: quo casu non sufficit allegare crimina in gñe: dicendo qualiter sunt hoies malæ vitæ, fures, adulteri, vel qd simile: sed est necesse, quod crimina opponant in spẽ, puta q fecerunt tale crimẽ, tale furtũ, vel simile ita tenet Bar. in l. testiũ, §. lege Iul. ff. de test. & Bal. in auth. si dicatur in fi. C. de test. & Bar. in l. j. in fi. C. de test. pro hoc est tex. in c. pñtium, §. testes, de test. lib. vj. & similiter, qñ vult quis repulsare dicta testiũ debet in spẽ obijcere, q sunt falsarij: qa falsum deposuerunt ob talem rõnem, & in tali loco examinis. Item, q sunt varij in coꝝ dictis in tali loco examinis, &c. iuxta l. q falsa aut varia, ff. de test. & no. p Bar. in l. eos, ff. de fal. Itẽ qa sunt singulares: iuxta not. Bal. plenè, in l. testiũ, C. de test. Item, qa nõ deponũt de sensu pprio: iuxta not. p Alex. & Mod. in l. j ff. si cer. pet. & dixi supra de testiũ productione, & sic de alijs similib. Pars vero cõtraria eodẽ tpe facit articulos cõprobatorios, probãdo quod sunt hoies bonæ vitæ, & emẽdatæ, & quod per triẽnium pseuerarunt in coꝝ bonis moribus & emẽdatione: quo casu p tm̃ tps præsumuntur boni & emẽdati. tex. est & ibi Ang. in fi. in auth. de monachis, §. j. Itẽ, põt articulare, q non sunt varij: sed reducibiles ad cõcordiam: iuxta not. p Alex. & doct. in l. ij. §. creditũ, ff. si cer. pet. & Fel. in c. cum tuæ & c. in nr̃a, & ibi gl. de test. & Bar. in l. Gallus, §. ille casus, ff. de lib. & posth. & sic patet ex pdictis, qñ repulsant testes, quo
4 ad psonas, & qñ quoad dicta. † Vnum tamẽ sciās quod illa protestatio, quę fit contra testes habet vnũ mirabilem effectum: q est talis: videlicet, q si contingat testes deponere aliqd in fauorẽ alterius ptis ptestãtis, nõ faciũt fidẽ in eius fauorẽ: & rõ est, qa p dictam ptestõnem censet declarare se nolle eis fidẽ adhibere, ita de hoc est tex. in d. c. pñtium in fi. de test. vbi hoc expsse tenet Fel. in vlt. not. q est menti tenendũ: quia quotidiæ in singulis causis fiũt istæ protestationes, & pauci aduertunt: nam ex hoc pñt esse dãnosę protestantibus. vñ caueant procuratores, ne passim faciant istas ptestões: nisi qñ omnino sunt certi, quod volunt testes repulsare. De cuius tñ dicti declaratione & veritate, vide oĩno Franc. de Are. in d. c. pñtium, col. ante-
5 pe. & pe. † Ad euitandas tñ malitias petentiũ repulsas, est in regno prodita vna regia prag. quæ incipit, crimina. quæ irrogat pœnã x. tarenoꝝ opponenti crimina cõtra testes: si illa non probauerit saltẽ semiplene, vel per famam publicam: & similiter si quis sub colore repulse producit nouos articulos impertinẽtes, q post publicationẽ pduci nõ poterant obstãtib. regulis traditis in auth. at q semel & ibi per Bar. C. de pb. punitur p quolibet articulo impertinenti pducto in cã repulse ad v. tarenos, si fuerit ptincipalis: sed pcurator punitur duplicata pœna: vt est alia
6 prag. q incipit, cõtingit sępe, &c. † Sup hac repulsa est sciẽdum, quod teste debent citari & ẽt examinari infra terminum datũ ad repulsam: aliàs elapsum termino nõ admittunt: vt est ritus magnæ curiæ, nu. 256. qui incipit,
7 item quod facta, etc. & est rõ: † qa repulsa est odiosa & restringenda: & dilationes in ea cõceduntur cum grandi causæ cognitione: ſm Abb. in c. licet dilect⁹, in fi. de test. licet secus sit in cã principali: vbi non viget tale odiũ quia testes citati & iurati infra terminũ pñt examinari post terminũ: vt dixi supra in ver. dilatio, cir. fi. & in vers. testium productio.
8 † Quid aũt, si quis in primis artic. vellet repulsare testes: & facere suas pbationes simul cum repulsa: an posset? Dic q nõ: qa sunt articuli impertinẽtes tunc: vnde nõ admittuntur, nisi post publicationẽ: nisi vellet qs repulsare ex cã inimicitiæ: qa põt añ publicationẽ & non ex alia cã. de hoc est alius ritus magnæ curiæ, nu. 235. qui incipit, item, seruat ipsa curia, quod in exceptionibus.
9 † Fuit autẽ introducta repulsa solũ cõtra te-

stes: sed ꝯtra scripturas non cõceditur, sed bene dat facultas parti accusandi vtentem falsis scripturis, vt dixi supra in actu pcedenti, & de hoc est ritus magnæ curiæ, nu. 165. incipiẽs, item, seruat dicta curia non concedere, &c.

10 † Ad secunda q. principalem dico, quod cõis conclusio est quod producens testem pro se, non potest illum reprobare: quia per productionem censet approbatus. vnde nõ auditur volẽdo illum repulsare, tanq̃ sibi ipsi cõtrarius, tex. est & ibi Bal. in l. si quis testibus, C. de test. & in c. de test. & ibi Abb. & Fel. extra, de test. & Lud. Rom. in cons. ciiij. in fi. & Lanf. in c. qm̃ contra, in vers. testium vnum non obmitto, &c. de probat. & Bart. in cons. xcij. col. pen. & Ias. in l. j. §. æditiones, col. iij. in fi vers. adde fortius, &c. ff. de eden. vbi hoc ampliat, etiam si producatur postea contra eum in alia causa: & pro alia causa: & per aliam personam. ita tenet Ioan. And. in addi. Spec. in ti. de teste, §. sæpe, vers. quid si produxit, &c. Et censet approbatus testis per solam productionem: licet alias ꝑducens eo non vtatur: ſm Fel. in d. c. pñtium, col. iij. & vers. habet locum, &c. de test. & hanc opi. tenet Ioan. and. in d. §. sæpe, vers. sed quid si eũ

11 &c. licet Spec. ibi aliter distinguat. † Limita tamen hoc, qñ post productionẽ nasceretur noua cã puta: quia superuenirent inimicitiæ: quia põt repulsari ex noua causa, vt est

12 tex. in l. si qs test. C. de testibus. † Secundo limita, quo ad repulsam personarum ꝓcedere istud: secus quo ad repulsam dictoꝝ per testes. quia põt producens reprobare testes quo ad eoꝝ dicta puta ꝓbãdo, quod falsum deposuerũt. ita tenet Abb. in d. c. pñtiũ, col. iij. & iiij. fateor tñ, qđ si facta publicatione producens taceret, & non reprobaret dicta testium: censeret approbasse: & ita posset ꝓcedere dictum Lud. Rom. in consi. ciiij. in fi.

13 vbi vr̃ contrariari huic dicto Abb. † Ad tertiam q. principalem rñdeo, ꝙ ista q. decidit per And. de Iser. in const. iurisperitorum. vbi tenet, quod in causa appellationis nõ admittitur repulsa, nisi ex sola cã falsitatis: & ita seruatur in regno. vñ q̃libet litigator nitatur reprobare testes in cã principali: quia postea non admittitur in causa appellationis, nisi vellet eos redarguere de falsum. Verũ ego restringo istud dictũ procedere in testib. iam examinatis in cã principali: secus est, si qs nouos testes ꝑduxit in cã appellationis, q̃a puto, ꝙ aduersarius põt illos reprobare, ex quo nõ potuerũt repulsari in causa principali, q̃a nõ fuerãt ꝑducti, arguẽdo à rõne cessante.

14 † Quid aũt in cã attentatoꝝ, an admittat repulsa? vide dec. ccclj. cons. Neap.

15 † Et quid si opponẽs crimina ꝯtra testes nõ probat: an teneat actione iniuriaꝝ ipsis testibus? & q̃d si fuerit ꝓtestatus, ꝙ non aio iniuriandi etc. vide vnum pulchrũ consil. Soc.

16 in cons. cxviij. col iij. & iiij. in j. vol. † Vltimo ex ij. q. precedẽti põt colligi vna limitatio ad regulam, q̃ se hẽt, ꝙ repulsa testiũ est regulariter permissa, nã fallit in test. approbatis p ꝑducentem: vt ibi fuit dictũ, & not.

17 Car. in cle. fi. in fi. de test. † Secũdo limita, in cã criminis læsæ maiest. nã in ea non habet locũ repulsa testiũ, l. famosi. & l. in q̃nibus,

18 & ibi Bar. ff. ad leg. Iul. maiest. † Tertio limita, in cã blasphemię Dei, q̃a nõ admittit repulsa q̃a hęc æq̃peratur crimini læsæ maiest. ita tenet Par. in trac. sin. in vers. eodem.

19 col. iiij in fi. † Quarto limita, in cãis summarijs, vbi sufficiũt semiplenẽ ꝓbões, q̃a non admittit in eis repulsa, vt not. Abb. i c. veniẽs el ij. col. v. in princ. de test. & ibi ẽt Fel. in vj. col. de cuius dicti veritate, vide Fr. de are. i d. c. veniens, col. ix. vbi distinguit. Rob. Mar.

De quæstione: quæ duplici nomine admittitur. In quibus locum illa habeat. Et quo ordine ad eam perueniatur.

1 *Tortura quandoque datur ad pœnam, quandoque ad veritatem eruendam. nu. 4.*

2 *Tortura ad pœnam, est meri imperij.*

3 *Banna facta ab officialibus sub turturæ pœna an valeant.*

5 *Tortura pro quibus criminibus irrogari potest.*

6 *Tortura irrogari potest testibus vacillantibus tam in causa ciuili, quam in criminali.*

7 *Tortura an possit irrogari in crimine vsurarũ.*

8 *Tortura an possit in ca appellationis irrogari.*

9 *Tortura quandoque datur ad emendam solam responsionem affirmatiuam vel negatiuam, & tunc ad eam deuenitur sine indicijs.*

10 *Processus criminalis qualiter, & quo ordine debet à iudice fabricari, vt possit ad torturam deueniri.*

11 *Iudex habens aliunde plenas probationes, peccat mortaliter torquendo reum.*

Tor

12 *Tortura inuenta est ad veritatem inuestigandam, ob defectum probationum.*
13 *Tortus in membris corporis, læsionem non pati debet.*
14 *Iudices cauti clam interponat decretum de torquendo reum, ne detur materia appellandi.*
15 *Confessio in tortura ratificari debet extra tormenta, cum breui termino ad producendum defensiones.*
16 *Iudicia purgata sunt, reo in tortura non confitente.*

VARTVS DECIMVS actus q successiue emergit in iudi
1 cijs, est tortura. † q̃ dat ad duplicẽ effectũ, q̃nque.n. datur ad pœnã, & q̃nq; ad veritatẽ eruendã. De primo casu nõ est materia nr̃a, quia illa est potius executio sñiæ, nam dat tortura ad pœnã in oĩbus criminibus, in q̃bus est pœna arbitraria, in quibus permittitur iudici acriter verberare in corpus, iuxta l. fi. ff. de iniu. & inquã pluribus alijs legib. iuris ciuilis hoc cauet, vt not. Bar. & Mod. in l. impium, ff. de iur. om. iu. & Bar. in l. interdũ, §. q furem, ff. de fur. & in l. cum seruus, ff. de cond. ob cãm in q̃bus locis dicit
2 Bar. q̃ tũc † tortura est meri imperij, ex quo
3 irrogat pro pœna criminis. † potest et poni exẽplum in bãnis officialiũ, in vt plurimum faciũt banna q̃ nullus ambulet de nocte, vel portet arma, ad pẽnã, q̃tuor tractuũ cordæ: q̃ banna q̃n fiunt per istos officiales inferiores non habentes ptãtem statuendi non valent quia non possunt alterare pœnas legales, ita declarat Paris trac. sind. vers. tortura, in c. an in cã pecuniaria, etc. Solum ergo ista bãna valerẽt in criminibus, in q̃b. esset pœna arbitraria, vt supra dixi, quia põt iudex tũc ex suo ar
4 bitrio eligere istã pœnã. † De secũdo effectu hr̃emus nos tractare. s. q̃n irrogatur ad veritatem eruendam, & q̃a hęc est materia multum, ꝓlixa, & in multis lib. & tractatibus vẽtilata, nam plenè eam tractat Paris in d. versic. tortura, & Ang. de Are. in tract. malef. in vers. fama pub. etc. & Gand. in trac. malefi. in ti. de q̃õnib. & tormentis, & Franc. Bẽnus in suo solẽni tract. de iudicijs & tortura, & Cępol. in quam plurib. suis cons. & nouissimè tractatur satis copiose per sublimis ingenij Mod. Hypolitum de Marsil. in sua lec. super ti. ff. de q̃õ. adeo quod si vellemus hic ponere tractatum suo ordine, non esset aliquid addendum, sed solum transcribẽdum, quod putaui supuacuum. iõ quãtum ad hũc tract. ero sola remissione cõtentus ad loca ꝑallegata, solum pro introductione inuentum ad actũ practicę, tangã duas breues q̃õ. Et prima erit in quib. causis hẽt locum. & põt irrogari tor tura. Secũda erit, quo ordine sit deueniẽdũ
5 ad torturam. † Ad primam q. dico quod tortura q̃nque datur principali, q̃nque testibus, primo casu, q̃n datur principali ad veritatem eruendam irrogatur solum in causis criminalibus irrogãtibus pœnam vltra relegationem & non in alijs criminibus. & ita seruaẽ in regno ꝑut de hoc est cap. regni, q̃d icipit, tormenta, & aliud, quod incipit, si iuste, põt ẽt de iure irrogari tortura in cãis ciuilib. habẽtib. crimẽ annexũ, vt est tex. & ibi Abb. in c. grauis depositi, & tenet Soc. in ꝯs. ccxix. i ij. vol. In causis aũt mere ciuilib. nõ deuenitur ad torturã quia in illis succedit regula: actore nõ ꝓbante, etc. l. q accus. C. de edẽ. & c. fi.
6 de iureiu. † Secũdo casu, q̃n sumus in testib. pñt torqueri testes tã in cã ciuili, quã criminali, q̃n variãt seu vacillãt ꝓp suspicionẽ falsi, vt in authẽ. de test. §. si vero ignoti. & not. Bal. in l. præsbyteri, col. j. C. de epis. & cler. & Bar. in l. j. §. q. q. ff. de q̃st. & Alex. in cons. 63. in j. vol. & Cæp. in cons. lx. & And. de Iser. in const. si dãna cland. & Bal. in l. milites, C. de
7 q. † An aũt in crimine vsurarum possit irrogari tortura: vide Soc. tenẽtem q̃ sic in cons.
8 ccxix. in fi. in ij. vol. † & q̃d in cã appellationis, an possit irrogari tortura? vide Io. de A-
9 na. in ꝯs. j. in fi. † Scias tñ, q̃ q̃nq; põt irrogari tortura nõ ad eruendã veritatẽ: sed ad eruẽdam solam rñsionem affirmatiuã, vel negatiuam. & tũc datur sine alijs indicijs: vt q̃n accusatus vel inq̃situs nõ vult rñdere iudici super accusatione vel inq̃sitione nã põt torq̃ri ad hoc, vt rñdeat. ita tenet Bal. in l. accusationẽ, in iij. col. C. q. accu. nõ pos. & ipsum sequtur Paris in tra. sin. in vers. tortura, in c. sequi
10 tur, quo etc. in fi. † Ad ij. q. principalem, dico quod istę est cõis ordo, qui seruatur in criminalib. ad aliquẽ torquẽdum: nã si ꝓcedit ꝑ accusationẽ & crimen est tale, quod si ꝓbaret, veniret irrogãda pęna vltra relegationẽ: citatur accusatus, & dat sibi copia libelli sum ptib. accusatoris, & sup eo lis cõtestaẽ, & datur terminus ad ꝓbãdũ, & fiũt articuli & ꝓbationes, sicut in ciuilib. Sed si ꝓcedit ꝑ inquisi

quisitionē, iudex volēs cautius agere, ne instruat reū ad fugā. debet prius cape informationē honesto mō, & clam pte non citata: & si videt extare indicia p illā informationē, tunc capit reū de psona, ne fugiat & si extat fama publica cōtra eū, formabit capitula inqsitionis: nā illa fama succedit loco accusatoris: & sine ea nō posset regulariter fieri inqsitio q dic, vt plenè dixi supra circa prin. huius vj. ptis, in versi. inqsitio, & not. Phil. Dec. in ɔs. 170. col. ij. & cōs. 175 col. ij. & cōs. 189. col. fi. deinde formatis capitulis iudex facit reū citari ad recipiēdū copiā capitulo℞, quę capitula sunt sicut articuli in ciuilibus, nam cōtinere debent oia crimina, q̄ inqrendo pbare intendit iudex ɔtra reū. & comparente reo in termino, iterrogabit primo iudex ipsum sigillatim sup vnoquoq; cap. & eius rñsionem facit per notariū acto℞ annotari in calce vniuscuiusq; capituli: & illa rñsio hēt vim litis contestionis: deinde dat sibi copiā capitulo℞ & rñsionum sua℞, ad hoc, vt possit formare suas exceptiones, & facere suas defensiones, & dat sibi terminū ad pbandū & defendendū qui terminus est cōis ēt curiæ inquirenti, & infra illū terminū iudex repetit testes pte citata: qa aliàs nō facerēt indiciū, vt dicit Bart. in l. fi. in fi. ff. de qō. & fabricato processu siue p accusationē, siue per inqsitionem, vt supra iudex facit citari reum ad publicationē, sicut in ciuilibus, & dat copiā pcessus reo, si vult, sumptibus tñ ipsius rei ad hoc, vt possit consulere aduocatū, & facere allegationes, & disputationes ad euacuanda indicia, & si vult terminū ad repulsam reus, conceditur sibi. Et facta publicatione super repulsa & admissis allegationibus rei, iudex maturæ videt, si ex pcessaris extāt plenè pbationes. condēnabit reū seruato iuris ordine.
11 ad pœnā ltimam sine alia tortura. † Nā peccat mortaliter iudex, tūc torquēdo reū si hēt aliunde plena pbōnes, vt dicit And. de Iser.
12 in dict. cōst. si dāna, col. vij. † Nā tortura fuit inuenta ob defectū pbōnum ad veritatē inuestigandā, vt dicit idē And. de Iser. in c. j. §. insuper, col. j. de contē. inter do. & fid. de inuest. si vero non est plenè probatum, & tunc si indicia, quæ extant, non sunt sufficientia, liberabit reū pstito sibi prius iuro purgationis, vt declarat Ias. in l. iij. in princ. col. v. de iureiur. iudices tñ maiori securitate solent in isto casu liberare reum cum fideiussoria cautione ad effectum, vt si in futurum emergant noua indicia, possit iterum procedi cōtra eū, ne delictū remaneat impunitum, si vero indicia sunt sufficientia ad torturam, & tunc iudex potest reum tormētis subijcere, & ipm torqre sufficienter & moderate, hito, respectu ad cōplexionē & robustitatē ipsius rei, ita vt nō lędat per eum in aliquo mēbro.
13 † nā in tortura debet adhiberi hoc moderamen, vt tortus nō patiatur lęsionē in mēbris corpis, vt inqt And. de Iser. in d. const. si damna, col. vj. Et q̄ & qualia sint ista indicia sufficientia, non pono hic, qa declarātur plenè p
14 doct. in locis palleg. † Solent hic cauti iudices nō interponere decretū palā de torqndo reum, ne det materia appellādi, nam cū ista sit executio irretractabilis, ligarētur manus iudicis p solam appellationē añ inhibitionē, vt dicetur infra in materia appellationis, sed ducto reo in pede tonduli, statim cū incipit ligari, solent interponere decretū detorquendo, & eo interposito imediate torquet.
15 † q reus, si ɔfitetur in tortura, iudex añ, quā condēnet, debet illā ɔfessionē ratificari facere extra tormēta puta in die seq. aliàs nō posset condēnare, ẛm Bart. in l. j. ff. de cust. reo. & Abb. in c. qualiter & qñ, el ij. in fi. de accusa. & est tex. in l. ij. C. de cust. reo. & facta ratificatiōe extra tormēta dēt iudex dare vnū breuē terminū reo ad pducēdum oēs suas defensiones aduersus suā ɔfessionē, puta duo℞ dierum: q terminus est de cōi obseruātia, vt ex nulla parte remaneat reus indefensus, vt no. Sal. in d. l. ij. C. de cust. reo. & hr per Mart. in const. si dāna, col. ix. per l. iiij. §. si ad diem. ff. de re mil. & l. si non defendant, ff. de pœnis,
16 † si vero reus non confitetur in tormētis: tūc per torturam sunt purgata indicia, & debet absolui, sed si facta publicatione videt iudex, quod ex pcessu nō sunt indicia sufficientia, tunc nō expectata snīa debet statim liberare reum à carcere sub fideiussoribus, vt est capitulū regni, quod incipit. Ab illo inchoādū. Rob. Mar. Venus. V. I. D.

De conclusione in causa, & de eius verbi energia.

1 ☞ *Conclusio in causa qualiter fiat de iure communi, & qualiter secundùm iura municipalia regni, & quid importet.*

Alleg

2 *Allegari in iure potest post conclusionem in causa.*
3 *Restitutio in integrum, post conclusionem in causa peti potest.*
4 *Conclusione facta in causa, defertur iuramentum suppletorium.*
5 *Probatio per confessionem admittitur, conclusione facta in causa.*
6 *Probatio per rei euidentiam, & loci aspectum admittitur, post conclusionem in causa.*
7 *Interrogatio potest fieri post conclusum in causa ad instantiam partis, in summarijs.*
8 *Probatio ad defensionem rei admittitur in criminalibus, conclusione facta in causa.*
9 *Conclusio in causa, an sit de substantia iudicij.*

VINTUSDECIMUS act⁹, qui successiue in iudicijs cõsideratur est cõclusio in causa.
1 †nam facta publicatione, & lapsis omnibus terminis, ipso iure censetur in causa ꝯclusum hodie in regno, per regiam prag. q̃ incipit, cursu dilationum, vnde non est opus instare, quod fiat ꝯclusio, sed solum quod declaretur esse facta ipso iure, sed de iure cõi deberet fieri conclusio, per quam conclusionem imponitur finis ꝓductionis actorum, adeo quod ea facta nihil aliud ꝓduci potest in causa, & non expectatur nisi sola snia. Et hoc significat iste terminus, conclusio .i. renunciatio oibus ꝓbationibus, & defensionibus ꝓducendis, vt est gl. in c. cum dilectus de
2 fide instr. †Sed in iure potest allegari post cõclusionem, s̃m Bald. in auth. iubemus, C. de
3 iud. †Item, potest peti restitutio in integrũ ꝑ minores, mulieres, & ecclesias, quia eo ipso, quod est conclusum inducitur læsio contra tales personas, vnde restitui debent, vt tenet Andr. de Iser. in ꝯst. obscuritatem, & hr̃ per doct. in c. auditis de in integrum restit.
4 †Item, potest deferri iur̃m suppletorium, dũmodo sit petitum ante conclusionem, vt declarat Ias. in repe. l. admonendi col. cliiij. ff. de iureiu. & ibi ꝑ alios doct. & ita debet intelligi, quod dicit Alex. in ꝯs. liij. col. fi. in j.
5 vol. †Item, admittitur ꝓbatio ꝑ confessionem partis post conclusionem: vt tenet Bal. in rub. C. de ꝓb. col. iij. vers. ego aliter &c. &
6 ibi ẽt Paul. de Cast. †Item, admittitur ꝓbatio ꝑ rei euidentiam, & aspectu loci quia ista ꝓbatio superat omne genus ꝓbationis, s̃m Bal. in l. contra negantem in fi. C. ad l. aquil. & Bal. in l. si quis testibus in fi. C. de testibus.
7 †Item, potest fieri interrogatio, ẽt ad instantiam partis, maxime in summarijs post conclusum in causa: vt no. gl. in vers. interrogabit in cl. sæpe de verb. signif. & Abb. in cap. cum Ioannes, & ibi etiam Fel. de fide inst. & Alex. in l. iiij. §. hoc aũt iudicium, col. iiij. ff. de dam. inf. de qua materia plenè dixi supra,
8 in iiij. parte huius tract. †Item, admittitur omnis ꝓbatio ad defensionem rei in criminalibus secundũm Bar. in l. diui fratres, ff. de
9 pœnis, & in l. j. §. fi. ff. de q. †An autem conclusio in causa sit de substantia iudicij, ita ꝙ obmitti non possit, vide Abb. & Fel. in c. cũ I. & A. de re iud. & Card. in cl. sæpe, §. & q̃a, in xix. q. de verb. sign. vbi dicunt, quod conclusio non est de substãtia, sed potius ex quadam consuetudine, vnde si obmittatur, non vitiat ꝓcessum, tantum magis in causis summarijs, in quibus de necessitate non requiritur, vt est tex. in d. cl. sæpe, §. & quia, idem tenet Ioan. And. in add. Spec. in tit. de renunc. & concl. in prin. & ibi vide per Spec. de reliquis facientibus ad hanc materiam: Rob. Marant. Venus. V. I. D.

De allegatione, & disputatione super dubijs causæ.

